FEBRIS
CHINA CHINÆ
EXPVGNATA.


ERRORIS EXPERS ET NESCIA FA
DEÆ FEBRI
Iacob.s Parolinus inu. del.
M.Francia scul.

FEBRIS CHINA CHINÆ EXPVGNATA,

SEV

Illuſtr. aliquot Virorum opuſcula,

Quæ veram tradunt Methodum,

FEBRES CHINA CHINÆ


CVRANDI.

collegit, argumenta, notas, obſeruationes addidit

FRANCISCVS MARIA NIGRISOLVS

MEDICVS FERRARIENSIS.

Editio altera, ab Auctore recognita, emendata, plurimiſq; obſeruationibus aucta.



FERRARIÆ, M.DCC.

Apud Lituum, *SVPERIORVM PERMISSV.*


MAR 18 1922

ILLVSTRISSIMIS
ATQVE
EXCELLENTISSIMIS VIRIS

Generis ſplendore, Virtutum præſtantia Præclariſsimis.

Dom. Marchioni Guidoni Villæ Sap. Iud.
Dom. Marchioni Roberto de Obicibus.
Dom. Marchioni Aloyſio Bentiuolo.
Almi Ferrarienſis Gymnasij Reformatoribus.

Nec non reliquis

Ferrarienſis Decem Viratus Sapientibus.

Dom. Franciſco Farro I. C.
Dom. Ioſepho Lanzono Ph. M. D.
Dom. Nicolao Leccioli I. C.
Dom. Franciſco Bellaia.
Dom. Tiridato Bertoldo.
Dom. Iacobo Mariæ Sartio.
Dom. Ioanni Baptiſtæ Sarachio.
Dom. Vincentio Miſſolo.
Dom. Ioanni Nizzę.

Franciſcus Maria Nigriſolus
Salutem & Fælicitatem.

ILLVSTRISSIMI
ET
EXCELLENTISSIMI
DOMINI.



Vmilioris cuiuſcumque Riuuli tenues non dedignatur Aquas Oceanus, Sapientũ Iudex, Moderatores Illuſtriſs. & Excellentiſs. Illuſtriſs. Decem Viri, nequè vaſtos eiuſdem ſinus meliori ſorte ſubintrant Veloxq; Metaurus,

Cruſtumiumque rapax, & iunctus Iaſpis Iſauro.

quàm qui,

Fonte cadit modico, paruiſque impellitur vndis.

Puniceus Rubicen' *omnes equè ſuo amplectitur ſinu, ſuo fouet amplexu, & equa ratione quidem reduce quaecunq; letatur Oceanus Aqua, ſiue auro ſplendida, ſiue turbida limo ſit, quan-*

dò

dò non alia ratione incessanter æquora repetunt flumina, quàm vt accepta originis rependant obsequia, & perrenes, quos subteraneis recursibus acceperant latices, haustis è terræ visceribus diuitijs auctos, primeuæ suæ origini referant; quod mea igitur hodiè erga vos erumpant obsequia Illustriss. & Excellentiss. Viri, quod tenues isti labores mei subito recursu vos repetant, vnusquisque mirari desinat, vos repetunt, vt acceptos primeuæ suæ origini referant latices, si in hisce tenuis aliquis fluit doctrinæ riuulus, Virtutum, scientiarumque omnium Oceano, vobis scilicet, suam primam debet originem; tot enim, & inumera, quæ à munificentia vestra in me deriuata fuerunt beneficia, tot mihi, & potissimùm in publico Gymnasio cumulati honorès fuerunt incitamenta studiorum, irritamenta laborum, vt me, si beneficijs vestris non parem, ijsdem saltèm non omnimodè indignum præberem. Hùc vsquè tacito cursu, & veluti per terræ cuniculos labentes Aquæ, sine murmure, supresso scilicet nomine, per litteratorum manus mea fluitarunt opuscula, & potissimùm mea hæc de China Chi-*næ collectanea, nunc primùm per apertos campos*

 decu-

decurrunt, ſtatimquè ad ſuam primam relabuntur originem, ad ſummam ſcilicet humanitatem veſtram, quæ ſemper ſcientiarum, littararumque cultores fouere, conſueuiſtis; nequè dubito, quin meos hoſce qualeſcunque labores, rudes licet, & impolitos, & potiùs quàm ſublimioris doctrinæ auro ſplendidos, minùs elegantis litteraturæ limo turbidos, æquè foueat, ac amplectatur ſumma veſtrum humanitas, quandò nullas dedignatur Aquas Oceanus; licet etiam illas reuehant raucæ ſtagna Paduſæ, *nequè vos immeritò Oceano comparem,* Deum ille Pater, *dicebatur Homero, vos Patriæ patres,* ab Oceano cunctis primordia rebus, *eodem canente Poeta, à vobis cunctarum Patriæ fælicitatum primordia,* ab Oceano liquor fluuio quouis, fontibus, & cunctis manat, *à vobis in ſingulos ciues innumera quotidiè dimanant beneficia, mihi igitur hodiè liceat cum Alexandro, Macedonum Rege, Oceano libamenta dare, vos dextero numine libamenta ſuſcipite, meiſque auſibus fæliciter aſpirate, ac interìm vos diù, & mihi, & patriæ D. O. M. ſeruet incolumes, quod ex Corde precor.*

SI APPLAVDE
COL PRESENTE
POETICO COMPONIMENTO
All' inuitto merito, e celebratissima Virtù

*DELL' ECCELLENTISS.*MO *SIG.*

FRANCESCO MARIA NIGRISOLI

Di Filosofia, e Medicina Dottore, e Lettor Primario sù lo Studio pubblico di Ferrara Illustre Scrittore dell' Opra qui compresa, e di altre eruditissime, e dotte.

GIà pieno auea di se l'ampio vniuerso
L'ineffabil di Dio spirto giocondo,
E il nulla gia prendea misura, e pondo
Ne la pienezza de le cose immerso.
Già scorsi auea de le abisseuol'aque
La diuin' aura i tenebrosi estremi,
E (giusta la sua Idea) gli innati semi
Tratti al lume vital (come à lei piaque.)
L'aque da l'aque separate, e parte
Coprian del Ciel la sommità stellata,
Parte nel sen, che l'Ocean dilata
Comprese auea con infallibil arte.

A rai del nouo ſol già rifioria
La verdeggiante egualità de prati,
E ſtauan già sù la gran mole alzati
Gli alpeſtri gioghi oltre l'aerea via.
E ciò, che tutto in ſe contien, ripieno
De la ſua mente, nel cui eſſer gode,
Già ſnodaua al fattore Inni di lode
Dal bel, fecondo, armonioſo ſeno.
E di quanto ad vn cenno auea coſtrutto
La ſapienza in modi alti, e ammirandi
Compendiò le'nuitte opre ſue grandi
Ne l' vom, cui reſe vbbidiente il tutto.
E l'vomo (ahi che rammento!) in ſi bel regno,
In ſi fiorita autorità di coſe
Il bel dominio vniuerſal poſpoſe
D' vn luſingheuol pomo al morſo indegno.
Allor tutta cadeo l' vmana ſorte,
Allora in ceffo minaccioſo, e bieco
Armata vſciò fuor dal Tartareo ſpeco
Cinta d'orror la non più viſta morte.
Ne tant'atomi l'aria, il lito arene,
Stille il Mar, ſtelle il Ciel, frondi le piante,
Ombre la notte, ardori il ſol ne tante
Pecchie Imetto ebbe mai, nottole Atene.
Quante in falangi eſterminate, e vaſte
Seguian l'ombra feral ſciagure atroci,
Tal che addietro parean le ſtigie foci
Vote di tutti i mali eſſer rimaſte.

Quindi

Quindi gli egri mallori, e le' infinite
Pene, i pallidi affanni, e i moti infani,
E le torbide cure, e i cafi ftrani
Con la gelida arciera vfcian da Dite.
Quinci in fpietate garre, in afpre lutte
Vedeanfi 'ncontro auitichiate, e ftrette
Sbranarfi il cor dal feno ire, e vendette
Di fanguinofe baue afperfe, e brutte.
La fatica, il fudore, e il pentimento
Mancauan folo, e già de l' vom rubello
Quefti à l'alma feruia d'afpro flagello,
Quelli il pane à mercar d'affiduo ftento.
Ne v' era il rio dolor, che per tremenda
Punizion fcompagina, e differra
Il colmo fen de la materna terra,
Da cui l' vmana prole auien, che fcenda.
D' Eua al grembo ei pafsó fenza 'nteruallo,
E in duro agone efercitato il tenne
Per decreto fatal, da che diuenne
La fua fecondità pena al fuo fallo.
A l' aparir de gl' inondanti, e denfi
Confufi mali, à i fremiti, à i dirotti
Pianti, à le fmanie, à i gemiti interrotti,
A i ftrepitofi gridi, à gli vrli imenfi.
O qual fi vide attonita, ed efangue
Languir natura, ò qual di fenfo priua
Cadèo tremante al fuolo, e femiuiua
Senti gelarfi in ogni fibra il fangue.

E ſe Amor non l'ergea, che già da l'ima
La traſſe al di cieca voragin vota
Ne l'ombra imemorabile, ed ignota
Sepolta ancor ſarria, qual fù da prima.
Tale in lei ſpirto vigoroſo infuſe
Queſti di vita vniuerſale autore,
Che riſurſe, e in altiſſimo ſplendore
Gli occhi, e la mente à gran veder diſchiuſe.
E vide ſeco Amor, ſeco in ſuccinta
Gonna di rai, da cui godea ſuffulta
La Prouidenza, e ſente dirſi eſulta
Diletta, eſulta di tua mente incinta.
Ne te dal nudo tuo baratro informe
Traſſe il Fattor di ſi bei pregi adorna
Per tornarti tantoſto ù non aggiorna,
E tue belle disfar prodotte forme.
Onde à te venni, e meco Amor, di cui
Compagna indiuiſibile fui ſempre
Perche il tuo duol ſi raddolciſca, e tempre
Di tue venture à ragionar con nui.
Aura in Cielo, onda in Mare, e fronda in boſco
Non vaneggia, non ſcorre, e non ſi moue
Senza miſtero, e il tutto copre, e foue
Grand'arcano in ſuo ſen rinchiuſo, e foſco.
Che il fin de l'opra è quell'immenſo abiſſo
De le glorie di Dio, che in vom non cape,
Ed ei, che tutto intende, e tutto ſape
Tragger gran ben da tue ſuenture à fiſſo.

Ed

Ed ò te lieta! ed ò qual ſorte, ò quale
Grado t'attende, incomparabil grado!
Onde in te ſceſo, e per mirabil guado
Tù aſcenda ad eternare in Diò tuo frale.
E allor, che il gran deſtino in te ſi adempi
Ben fia, che eſclame, ò fortunato eccesſo!
Cui da le ſtelle è di rapir permeſſo
Vn Dio liberator ne pieni tempi.
Allor vedrai con amoroſe garre
Strette inſieme alternar gli ampleſſi, e i baci
Giuſtizia, e pace, e i fieri brandi audaci
Volti in vſo miglior ſtenderſi in marre.
Tale al tuo mal fiſo è il rimedio, il colle
Vedi, e il monte eſultar di gel coſparſi,
E per gioia ógni giogo al cielo alzarſi
D'erbe, e di vaghi fior crinito, e molle.
Poco andrà lieto del crudel ſuo faſto
Quel, che sì ti ſpauenta orribil ſpettro
Io ben (ſoggiunſe Amor) di man lo ſcettro
Trarli ſapiò, ne à me può far contraſto.
Mente, ed alma del Mondo, io quel, che volgo
Per corſo obliquo il Sol, io, che al celeſte
Suon de le sfere or pigre mouo, or preſte
Le ſtelle a i balli, or le rafreno, or ſciolgo.
Io, cu' il tutto ſue forme, e l'eſſer deue,
E mercè mio valor non ſol ſe n'eſce
Dal nulla ſuo, ma 'nuigoriſce, e creſce
Non fia, che de ſuoi danni anco il ſoleue?

Quãti an fior,frõde,elci,erbe, aure,antri, õbre,onde
In colle, in piaggia, in boſco, in riua, in fiume
Derriua in lor da me, qual dal ſol lume,
Virtù, che vita entro il lor ſen naſconde.
Quindi le menti à illuminar de ſaggi,
Che à ſucceſſiui di ſia, ch'io rauuiui
Ben proueduto è il mio ſaper di viui
I morbi ad eſtirpar ſalubri raggi.
E ſiccomme del tempo à i vari giri
Fiſe ò nel l'ordin mio preſidi Idee:
Chi lor riſani auran l'etati Acchee,
Come i ſecoli Perſi, e i luſtri Aſſiri.
Ne à più lontani di ſerbo men ſalde
Le tue diffeſe, e men ſalubri i doni,
Vedrà l'Italia mia quant'io le doni
Del regio Pò sù le ſiniſtre falde.
In cotai ſenſi à ratemprar l'affanno
Parlaua Amore, e Prouidenza a l'egra
Natura, ch' al bel dir s'erge, e s'alegra
Mentre per vie di fior lieti ſen vanno,
Tai reca il facitor ſaldi riſtauri
De ſaui ſuoi col poderoſo ſenno
Al ſecol frale, ond' è, che quai ſi denno
Vuole offrirſi al lor merto encomi, e lauri.
Lauri, ma non per chi ne l'altrui meſſe
Furtiuo impon le temerarie falci,
E quei, ch'altri irrigò floridi tralci
Con pompa ingiuſta à le ſue chiome inteſſe.
Lauri

Lauri à te, giusto fregio à le tue chiome (gio.
Densi ò FRANCESCO, e al tuo valore egre-
Onde hà la patria tua saluezza, e pregio,
Ed il Pò noue glorie, e nouo nome.
Lauri à te, che t' inoltri ù l'arti mute
Guidan tuo piè ne le Apollinee soglie,
E quanto in se racchiude, e quanto accoglie
Il Delfic' antro ai d'esplorar virtute.
Lauri à te, la cui mente in forti guise
Note d'eternità schiera sù i fogli,
Onde ai domi del tempo i sordi orgogli,
E le cieche d'obblio baldanze ancise.
Lauri à te, cui non sol Tireno, e Tebro
Adria, Reno, Tesin, ma Sona, ed Istro,
E il bel Tamigi à tua Virtù ministro
Plaude, e suona di glorie assiduo, e crebro.
Diffenda alta Ragione il ver,, ch' io parlo,
E palpitante atro liuor da lunge
Tanto l'adori più, quanto più 'l punge
D'empio rimorso il contumace tarlo.
E si da l'Etra à miei concenti arrida
Destro Nume Tymbreo preside à i carmi
Qual sento io già da la tua Idea, leuarmi
Oue il pensiero oltre varcar diffida.
E veggio te col crin di là da nembi
Vincere i rai de Numi erranti, e fissi
Di natura col piè tener gli abissi
E del mar co le man gli opposti grembi.

Quinci

Quinci i principi de le cose occolte
Da l' aque inennarrabili n' educi,
Quindi i composti à i semi lor riduci
A le lor nude Idee le forme sciolte.
E quanto an di possanza ò pietre, od erbe
De seni lor ne la compagin chiusa
Tutto penetri. ahi dal gran volo ò Musa
Torna, e riprendi omai l' ali superbe.
Ne tanto à te poggiar, ne si à te scopre
Diua mente sue nude vltime fibre,
Che de Numi consorte esplori, e libre
L' alto saper: lascia tal pondo à l' opre.
Stupir si dee, se più del dir riuela
L' opra col suon d' impareggiabil laude,
Più del tuo stil l' opra à se stessa applaude,
,, E pur l' opra maggiore ancor si cela.

F I N E.

In segno di somma stima, ed affetto

Il Can. Giulio Cesare Grazzini.

OECO-

OECONOMIA OPERIS.

I. Remedium Anglicum pro Curatione Febrium à *Nicolao de Blegny* publici iuris factum,
II. De Febrium Curatione per vsum Quinquinæ Authore *D. Monginot*.
III. Hippocrates de Curatione Febrium per vsum Chinæ Chinę Authore *D. Raimundo Restaurando*.
IV. Obseruationes de Febribus, & Febrifugis habitę à Clarissimo Viro *Iacobo Sponio Doct. Med. Lugdunensi*.

C V I L I B E T

Horum Opusculorum Argumentum dilucidum præmisit notasque eruditissimè interspersit omni laude maior

Dom Franciscus Maria Nigrisolus Ferrariensis.

Cui Vos, ò Superi, precetur Orbis,
Annos Nestoreos, dies serenos
Detis, qui Calamo solet vicissim,
Vel manu Medica, prodesse cunctis
Ægris, quos variæ febres ad Orcum,
Scitis, omnicremo minantur omnes
Igne trudere Fata nì benigna
Cunctorum columen Salutis hunc, hunc
Dedissent: igitur queat docendo
Opem propitius suam referre
Quo post hæc magis iste, qui Medentes
Nominis superat sui decore,
Quantùm Noctiuagas faces diurnus
Precurrit Radijs Apollo multis,
Annos nestoreos, dies serenos
Detis Vos, Superi, precetur Orbis.

Votiuo sic applaudit Phaleuco
Dion. Andr. Sancassanus M. D. Accad. Intrep.

HVMA-



HVMANISSIMO LECTORI.



Itio nequaquàm michi vertas, Lect. humanissime, seù quod in prima huiusce operis editione, illud suppresso nomine euùlgauerim, seù quod eidem, nunc denuò in lucem prodeunti, meum in fronte gerere nomen, permiserim: nullibi latet elati animi vitium. Quod in prima editione suppresserim nomen, non alia fuit ratio, quàm quod nullam exindè nomini meo famam, seu mihi laudem aucupabar, noueram opusculi tenuitatem, nequè leuidense adeò munusculum tãtam apud te gratiam initurum, putaueram, exindè meas nugas aliquid esse, sum arbitratus, ex quò acceptas adeò tibi esse cognoui: quod autem eidem nunc meum in fronte gerere nomen permiserim, quodque deposita iàm persona in apertum nunc prodeam, non vna fuit ratio, iàm enim plurimis litteratis viris innotuit, collectanea hæc de China China ex meo penu fuisse deprompta, tibi prætereà debitæ grates erant persoluendæ, prò summa illa humanitate, qua hosce meos qualescunque labores excepisti, laudasti, tuaque atentione dignos reputasti, laudarunt enim litteratorum Æffemerides tùm Italicæ, tùm Germanicæ, laudarunt prætereà plurimi præstantes Viri, quorum hìc nomina referre, supersedeam, ne fortassè videatur, quod illiustrium huiusmodi Virorum plausu clarescere peram; doctissimum tamèn, ac præstantissimum Virum Dominum Dionisium Andream Sancassanum praxim Medi-

cam

eam Comacli fælicirer nunc exercentem, grati animi ergò, referre liceat, qui non solum meum hoc opusculum laudibus cumulare, sed etiam erudito suo carmine huic editioni præludere voluit, quin coronidem huic operi imponere, in animo habuit, nonnullis additis suis obseruationibus circa China Chinæ vsum in febribus, sed plurimis praxis medicæ distractus occupationibus, alijsque grauioribus studijs implicitus, ijsdem vltimam manum imponere, nequaquàm potuit, vndè litterarius orbis erudito adeò opere, & meum hoc opusculum prænitido adeò iubare, quo coruscasset, defraudata fuerunt, hæc tamèn, & maiora fortasè dabit, nec diutiùs eludet hiantes. Quod autem meos hosce labores summa exceperis humanitate, ex eo facilè constat, quod breui admodùm temporis spatio vltrà septingenta distracta fuerint exemplaria, nullaque hodiè amplius extent, quibus litteratis viris, eadem in dies sciscitantibus, satisfieri possit, hanc igitur alteram meditatus sum editionem, quam plurimis auxi obseruationibus, vt auctiori reddito munusculo maiorem apud te gratiam inirem. Huiusce editionis vtinàm eadem, ac primæ sint fata, quod sperare licet, si eandem humaniter excipias, tuoque fauore protegas, plurimi irrepsere errores, occuli mei præteruolantis indiligentia, Typographi incuria, nonnvllos abstersos habebis in fine, reliquos emendare, nè graueris iuxta rei sensum, & connexionem, quæ facilè apparebunt, ac interim vale, & me, ac mea amare, perge.

OPE-

OPERIS INTRODVCTIO.



ANACEAM, seu MEDICINAM VNIVERSALEM, hominum stabiliendæ fælicitati maximè opportunam, semper sum arbitratus, quandò hæc, si Roberto Vallensi fides adhibeatur, hominem ad præfinitum vsquè à Deo vitæ terminum sanum, & incolumem, à morbis tutum, & immunem seruare, posset; fælicitatem enim, atque beatitudinem, non esse metiendam pecuniarum cumulo, nequè rerum fastu, nequè vllis Magistratibus, aut potentia, sed vacuitate ægritudinis, olim docebat Plutarchus, iuxtà illud Poetæ

Mortalium fælicitas
Est his e, quàm minimè dolor quos deprimit.

At somnium humana fælicitas est, dicebat optimè Minutius Felix, è manibus, antequàm teneatur, elabitur, etiam elabitur quotidiè Vniuersalis hæc Medicina *è Chimicorum manibus, & licet anxiè adeò hucusque fuerit perquisita, adhùc tamèn nullus mortalium voti compos fieri potuit, irritique fuerunt tot labores, tot impendia, tot, illustrium alioquin virorum, conatus, & studia, & ò vtinàm aliqua saltem eiusdem consequendæ spes affulgeret, sed nulli vnquàm, vti dicebam, datum fuit, nullique Mortalium vnquàm dabitur optata eiusdem possessione beari, prorsùs enim impossibile est, & quibuscumque Artis operosæ conatibus maiùs, condere Medicinam, cuius idea seminalis, tot illas diuersas extinguat Morborum ideas, cuius balsamo radicali quæcumque Balsami Vitalis reparetur iactura, cuius fermentum specificum tot illa diuersa, ac opposita Morborum oppugnet fermenta, nequè enim sola Naturæ confortatio, Vitalis ignis vigoratio, spirituum exaltatio, ac restauratio omnibus omninò curandis morbis, quemadmòdum persuasum sibi habent nonnulli, sufficiens est, ac opportuna, quod etiam si concedatur, adhùc tamèn*

non sufficit vnicum omnibus Morbis remedium, *adhùc* Medicinæ Vniuersalis *repugnat*, *quandò non vna alteratur Natura*, *non vna sanitas leditur*, *non vnus spiritus ab vna re agitatur*, *sed vnicuique Morbo appropriata requiruntur remedia*, *quorum specifica vi*, *insitoque fermento Morbosæ deleantur ideæ*, *morbosa extinguantur semina*, *Morbus ipse radicitùs euellatur*, *&* *reuera specifica singulis Morbis remedia comparasse Naturam*, (*quemadmodùm singulis venenis præparauit Antidotum*,) *&* *ità* Vniuersalis Medicinæ *reparata iactura*, *humanæ quodammodò consultum fuisse fælicitati*, *in dubium reuocari*, *minimè potest*, *quandò certum est*, *eandem in Mortale genus effusam adeò fuisse*, *vt ne minimùm quidem eorum in rerum productione neglexerit*, *quę tuendæ valetudini*, *vitę conseruandæ*, *ac prorogandæ essent opportuna*: *at magna hominum clade ignota adhùc*, *&* *occulta illa sunt*, *si pauca tamèn excipiantur*, *quæ aut fortuitus euentus*, *aut Brutorum quorundam sagacitas*, *atque solertia docuit mortale genus*, *eaque potissimùm ratione ignota adhùc*, *&* *tenebris inuoluta sunt specifica hęc Medicamenta*, *quia Medici olìm inanibus*, *ijsque inutilibus*, *circa Venæ sectionem*, *&* *Purgationem disputationibus irretiti*, *rixando solummodò*, *&* *altercando*, *tempus inutiliter conterrebant*, *de specificis Morborum remedijs conquirendis minimè solliciti*, *&* *licet in ijsdem perscrutandis*, *atque è Metallorum sinù extrahendis*, *ac eruendis*, *sedulam olim nauauerint operam Chimici*, *adhùc tamen irriti fuerunt labores*, *inanes conatus*, *quoniam ibi nequaquàm fuerunt conquisita*, *vbi eadem natura reposuit*, *seù meliùs*, *vbi Deus completa morborum quorumcumque reposuit remedia*, ipse enim, *dicebat Helmontius*, ex Bonitatis, & Sapientiæ suæ æterna prouidentia abundè futuris necessitatibus, atquè sufficienter prouidit, ipse enim fecit, dotauitque simplicia ad destinatos vsus cunctarum necessitatū; *non negauerim tamen in triplici Naturę Regno*, *Minerali*, *Vegetabili*, *atque Animali sanissimis quibuscumque morbis oppugnandis opportuna reperiri remedia*, *at è Regno Vegetabili potissimùm specifica petenda esse*, *semper sum arbitratus*, *Stirpium enim*, *atque*

Planta-

Plantarum seminales dotes, illę sunt, quæ specifica vi morborum ideas extinguere, semina, atque fermenta delere, possunt, quibus seminalibus dotibus an prædita sint Metalla, ac Mineralia, & polleant emortuæ animalium Mactatorum Carnes, & Viscera, dubium valdè mihi videtur, quandò in seminali ignè, seù spiritu, à quo tanquam à principio effectiuo ex communi rerum omnium materia, Aqua scilicet, *Metallorum productio, ac generatio dependet, eximiæ illæ dotes non elucescunt, quibus seminalis ille Plantarum ignis diues apparet, non aliam enim in Metallorum genesi absoluit Scenam plasticus ille spiritus, quam Aquam Metallicis saturatam fermentis condensare, & sensim in succum mineralem, seù Metallicum Bur transmutare, ac tandem pro diuersa indole, in Aurum, vel Argentum, vel quodpiam aliud Metallum solidare, quandò latè adeò expanduntur seminalis Plantarum ignis vires, & facultates, quas non inuitus prætereo, illas enim diserto satìs enarrant eloquio, & grata Pratorum Viriditas, & florum suauis Amenitas, & amena Plantarum fæcunditas, sed concedamus Vegetali Metallorum Principio seminales dotes, adhùc tamen specifica remedia frustraneo indè quæruntur euentu, tot enim illis incinerationibus, vstionibus, calcinationibus, & vt sic dicam, corruptionibus, quibus, antequàm ad Medicos aptentur vsus, enecantur prorsùs, ac extinguuntur Metalla, suo seminali spoliantur igne, & seminalis quęcumque idea ijsdem impressa tollitur, atque deletur,* non potest enim, *dicebat Helmontius*, ens specificum non alterari per ignem, *quod apertè magis docebat nobilissimus Anglus Robertus Boile in Tentaminibus Phisiologicis, vbi ait,* quod in violenta calcinatione destruitur proximum seminalis ideæ receptaculū, *quo fit, vt eius facta iactura, nullus posteà sequatur effectus, nulla actio specifica habeatur, quę enim Medicis vsibus supersunt æffeta Metallorum spolia, mortua Corpora, & Cineres, ea solum ratione curandis morbis sunt opportuna, quod vel spiritus irritando, vel fluidas substantias diuersimodè alterando, & Vomitum, & Catharsim, aliasq; sensibiles, vel insensibiles promonent euacuationes, &*

tantum

tantùm abest, quòd specifici remedij dotes possideant, quod ijsdem potiùs, quoàd operandi modum, aduersentur, in eò enim posita est specifici Medicamenti ratio, quod scilicet nulla illata naturæ vi, nulla inducta fluidorum alteratione, spirituumque violenta motione, indita vi seminali, quæ vti dicebat Vir doctus, ex creatione sit, *Morbos tollat, atque eorum semina extinguat, hinc est, quod inter specifica remedia minimè conumeranda sunt, Puluis stomachichus Poterij ex Regulo Antimonij, & Martis præparatus, Cæphalicum illud famosum Michaelis, cuius basis est Cinnabris natiua, vel Cinnabris Antimonij sæpiùs rectificata, & alia plurima, quæ è Chimicorum officinis nobis offeruntur remedia, quæ ideò specificis minimè sunt anumeranda, quia sensibiles promouent euacuationes, neque vi dotis seminalis operantur, vtpotè balsamo radicali & seminali igne depauperata; Quod autèm huiusmodi dotes seminales, & specificæ vires potissimùm se exerant in plantis, ex eò manifestè euincitur, quod è vegetabili Regno præcipua suppeditantur remedia, quæ verè specifica sunt, quæ veras Medicamenti specifici dotes possident, inter quæ potissimùm eminet, cæterisq; præstat febrifugum illud præstantissimum,* Cortex Peruuianus, *seù* China Chinæ, *hoc enim verè specificum antifebrile est, quandò nulla illata naturæ vi, nulla inducta sensibili euacuatione, non effætarum qualitatum subsidio, non salis, seù sulphuris, quibus turgeat, opera, sed propria specifica, & seminali vi febres infallibiliter adeò tollit, vt vnanimi omnium Medicorũ consensu ad febrium profligationem tutissimum, ac omnium optimum præsidium, quo nullum hactenùs præstantiùs innotuit, sit asserendum, hinc principem illi deferre locum inter omnia, quotquot sunt Medicamenta, non dubitat Sydedam, Remedium præstantissimum, maximeque febrifugum appellat Iones, miraculosum tandèm Medicamentum à Francisco Redi dicitur: Miraculosum equidèm, si iuxtà Methodum D. Talbotij, vel D. Monginot exhibeatur, & in vsum ducatur, vbi enim iuxta Methodum illustrium huiusmodi virorum in vsum ducatur, frequentes illæ præcaueantur recidiuæ, quarum ratione in contemptum quodamodò*

modò venerat. Cum igitur Methodus D. Talbotij, & D. Monginot, (parùm enim distant inter se, & ferè consimiles sunt) plurimùm conferant ad infalibilem, ac certam febrium Curationem per Chinam Chinę, neque opuscula D. de Blegny, quę hanc Methodum D. Talbotij patefaciunt, & publici iuris faciunt, quemadmodùm neq; etiam Opusculū D. Monginot, idiomate Gallico ambo conscripta, apud nos extent, neque vndique obuia sint, quin latinitate donata solūmodò habeantur in Zodiaco Medico Gallico, hinc est, quod D. Bernardino Pomatello sciscitanti, quæ Iuuenibus Medicinæ sacris initiatis vtilia, atque proficua prælo committere posset, Auctor fui, quod huiusmodi opuscula typis denuò mandaret, additis etiam & tractatu de Curatione febrium per Chinam Chinæ D. Restaurandi, & tractatu de febribus, & febrifugis Iacobi Sponij Doctoris Medici Lugdunensis, quibus omnibus meas addidi obseruationes, non quod ijsdem huic libello famam conciliari posse, reputauerim, vel mihi laudem, & gloriam comparari, sed vt eidem D. Pomatello morem gererem, enixè enim quotidiè precabatur, vt aliquid ex meo penu depromptum hisce de China Chinę collectaneis adderem, nè fortasse solummodò actum agere videretur, neuè eadem opuscula minùs humaniter ab Italis Medicis excepta, viderentur, si nuda in lucem denuò prodirent, nullaque aucta supellectile ad patrios redirent lares. has igitur currenti calamo, & raptìm horis succisiuis exaratas obseruationes, & quoscumque in hisce recolendis, atque denuò euulgandis opusculis impendi labores, ea accipe Beneuole Lector humanitate, qua decet hominem virtute pręditum, quod enim mea hæc, laude nequaquàm digna, & ipse nouerim, ex eò inferas. vellim, quod suppresso nomine publici iuris illa fecerim, equiore tamèn animo illa qualiacumque sint, excipere, ne graueris, fortasse enim meliora dabit, qui tibi fœlicitatem, & Nestoreos precatur annos. Vale, mihique, & meis conatibus faue, &c.

Rest. Ital. Idiom. Parm. anno. 1695. excul.

REME-



Fig.ª Arboris Chinæ Chinæ ex Donzello. Pag. 2



Figura Arboris Chinæ Chinæ ex Tonstono. Pag. I.



REMEDIVM
ANGLICVM
PRÒ
CVRATIONE FEBRIVM
EX
MANDATO REGIÆ
CHRISTIANISSIMÆ
MAIESTATIS
Publici Iuris Factum
A' NICOLAO DE BLEGNY.



ARGVMENTVM



X quò, ob felices in Curandis febribus euentus, eò deuenit famæ Remedium Medici Angli, vt non solum ad Principum Virorum, verum etiam ad Serenissimi Delphini curationem felicissimè fuerit vsurpatum, ampliùs ignotus hospes intrà angustos, licet alioquin vastissimos, vnius vrbis fines, Lutetiæ Parisiorum scilicet, contineri non potuit, placuit enim Inuictissimo, ac Potentissimo Galliarum Regi Christianissimo quod vniuerso reuelaretur orbi, vt inde scilicet Respublica Medica, tanto aucta remedio, sua traheret incrementa, & Mortale genus contrà infensissimum æque, ac familiarissimum hostem, cuiusmodi est Febris, validissimè tanto tutaretur præsidio, ea igitur, qua par erat tanto Regi, generositate illud à D. Talbotio redemit Aureis bis mille per D. Colbertum numeratis, quin' bis mille Coronatorum annua pensione assignata, ac D. Nicolao de Blegny prouinciam tradidit famatissimum adeò remedium Vniuerso Orbi promulgandi; Hoc igitur edito libello D. de Blegny Remedium Anglicum Regiæ Christianissimæ Maiestatis iussù publici iuris fecit, atamen Libellus non solum continet Remedium Anglicum patefactum, verum quoniam basis Medicamenti Medici Angli erat China Chinæ, licet diuerso fuco illam abscondere, tentauerit D. Talbotius, ideò à D. de Blegny Chinæ Historia exponitur, eius vires traduntur, & facultates, & potissimum, quomodò febres infalibiliter adeò tollat, expenditur, traditur præterea Mæthodus ipsas febres China Chinæ curandi, & cautiones necessariæ pro recto huiusce Medicamentj vsu, ex aduersarijs D. d' Acquin' Primarij Regis Medici quesitæ, proponuntur, habetur præterea in hoc libello duplex Febrium Systema, alterum à D. de Blegny, alterum à D. d'Acquin', & tandem Febrifugum præstantissimum, à D. d'Acquin' propositum, traditur, cuj cum amdixtum sit Opium, atque Remedio Anglico quandòque admisceatur, ideò ad calcem operis habetur, Lectori gratificandi gratia, Historica Opij descriptio à D. de Blegny eruditissimè exarata.

RE-

REMEDIVM ANGLICVM
PRO CVRATIONE FEBRIVM
EX MANDATO REGIÆ
CHRISTIANISSIMÆ MAIESTATIS

Publici Iuris Factum,

Additis Obſeruationibus

DOMINI D'ACQVIN'
PRIMARII REGIS MEDICI

Circà Compoſitionem prædicti Remedij,

A' NICOLAO DE BLEGNY.

Chirurgo Ordinario Sereniſs. Principis Fratris Regis.



Vinquina, alias Kina Kinæ, cortex eſt arboris Indicæ, magnitudine Ceraſum æquantis, folijs iuniorem Quercum referentis, cuius itidem fructus cum glande aliqualem ſimilitudinem gerit, 1 id quod ex figura ſubdita, quam delineari curaui, ampliùs innoteſcet, à Ionſtono exibetur, ſub finem hiſtoriæ Arborum, in Mantiſſa. Ante

1 *Plantam, cuius cortex eſt China Chinæ, aliter depingit Ioſeph Donzellus in Teatro Pharmaceutico, frondes enim Pruni rubei*

Antè triginta annos vix innotuit apud Europæos hoc medicamenti genus, exinde qui de eo aliquid tradiderunt, preter *Ionstonum*, fuere *Iohannes Chiffletius*, *Dyon. Ionquetius*, in Regio plantarum horto, ab ipso conscripto, *Rulandus Sturmius*, *Melipus Conigius*, *Gaudentius Brunatius*, *VVolfangus Hæferus*, *VVillis*, *Rolfinkius*, *Doctor quidam Lugduno Batauus*, *qui Schroderum* auxit, *D. Meuuius* in suo Dictionario Pharmaceutiço, Auctor Tractatus de curatione febrium &c. postremò tandem D. Lemerius quarta editione cursus sui chimici, 2 non nulla præterea notatu digna varijs in locis ephemeridum 3 nostrarum Medicarum occurunt.

Hono. Fabrj. *Frid. Hoff.* *Mong. Parisi.*

Non

---

rubei folijs assimilat, flores ex albo, & cæruleo mixtos Mali punici floribus consimiles facit, fructus Cardamomo, cumque figuram Plantæ exibeat toto cælo diuersam, ab ea, quam hic affert Auctor ex Ionstono, ideò eam delineare, & beneuolo Lectori offere, opportunum duxi.

2 *Non aliquid tantum tradiderunt, sed absolutè, & ex professo de China Chinæ tractarunt Sebastianus Bardus, Hyeronimus Sancta Sophia, præterea huiusce medicamenti lucuientam considerationem habuerunt, Donzellus Protospatharius, Hyeronimus Badus, Ioannes Baptista Cappucius, Raimundus Io: Fortis,* Sorbait, *Sydhenam, Auctor Philosophię, quæ vetus noua, seu Burgundica inscribitur, Ioannes Iones, Pompeus Sachius, Erasmus Bartolinus, exhibent tandem plurimas circà Quinquinam obseruationes à diuersis doctissimis Viris habitas* Acta Haffnensia Thomæ Bartolini, & Æffemerides naturæ curiosorum Germaniæ.

3 *Has Nicolai de Blegny Æffemerides latinitate donatas Typis euulgauit Theophilus Bonettus indito Zodiaci Medico Gallici nomine, huiusce Zodiaci prodiere anni quinque, non omnes tamen habuerunt auctorem dictum Dominum de Blegny, decurso .n. per*

trie-

Non omnium auctorum consensus est de nominis etymo, vti neque de natali solo, alij enim ex Chinarum regione deducunt, quamobrem plurimi vocant corticem Chinensem, atque distinctionis gratia à China radice, duplicata voce Quinquinam, appellari dicunt, aut quod idem sonat *Kinkinam*. Alij vero, quorum numerus multò maior est, ex Peruuiano 4 regno accersunt, Vbi loci Febris Quina nominatur, vndè Quinquinæ vocem deriuatam censent. ab incolis Gannaperidem 5 vocari, aiunt, ratione autem natalis soli vocandam iubent corticem Peruuianam Indicam, aut Americanam, quod à quibusdam dicatur *Cortex*, aut *Puluis Iesuiticus*, id nominis sortitum esse, volunt, quod primi omnium Iesuitæ 6 ex America traduxerint, cuius pars est Peruuiana Re-

trienium hoc stadio substitit tandem, & curiosos delusit hyantes, primos tres annos igitur debemus D: de Blegny, duos postremos, quartum scilicet, & quintum Theophilo Bonetto, qui vt eruditam litteratorũ curiositatem expleret, selectissima quædam opuscula, gallico Idiomate ædita, latinitate donauit, eaq; simul vnita, & Zodiaci Medico Gallici forma ijsdem conciliata, litterario orbi donauit, Anni quarti tamen primi duo Menses Ianuarius scilicet, & Februarius debentur D. Abati della Roque Æffemeridum litteratorum in Gallia conditori, & euulgatori.

4 *Neque, qui ex Peruuiano Regno Chinam Chinæ accersunt, conueniunt de natali solo, alij enim ex* Quito, *seu* Quitoa, Peruuiæ *Prouincia, eius originem deducunt, quin ex peculiari loco huiusce Prouinciæ propè vrbem* Loxam, *seù* Loiam, *alij vero in Monte* Guaiachil, *seù meliùs* Guaiaquil *(qui tamen* 50. *leucis Hispanicis distat à* Quito) *illam nasci, docent.*

5 *Chinanepidem etiã, Guananepidem, & Guananegidem appellant.*

6 *Anno* 1650. *ex Peruuiano Regno primùm à Patribus Societatis Iesu Romam delata fuit, quo etiam nomine huiusce Illustrissimæ*

Regio: vt vt verò fuerit, apud latinos iam audit *Cortex febrilis*, apud Hispanos autem *Palo de calenturas*, hoc est 7 *lignum antifebrile*.

Ex Chinarum autem regione ad nos perueniſſe, veriſimile fuit, quod Luſitania plurimam nobis ſuppeditet; ſtat tamen vulgata opinio, ſiquidem Luſitanis cum vtriſque Indis frequens eſt comercium.

Nonnulli Quinquinæ duas ſpecies conſtituunt, agreſtem vnam exiguæ efficaciæ; alteram excultam, & præſtantiorem, ſed apud incolas tantum valet hęc diſtinctio, nullius apud nos vſus.

De præſtantia tamen quibuſdam ex indicijs iudicium ferre licet, ab experientia depromptis: Optimæ enim cuticula, aut pelliculla exterior, lineis, vel ſulcis profundioribus tranſuerſis exarata eſt, ſuperficiariæ autem ſunt, quę per longitudinem decurrunt lineæ, recens ſi fuerit, interſectionum maxima pars in epidermide colorem album argenteum exhibet, ſed præterea rubellum quid sàt dilutum adparet, compacta eſt, amarore manifeſto prędita, cum aliqua adſtrictione, pyxidibus, quibus concluſa aduheitur, gratum odorem imprimens.

Id verò adnotandum eſt, odoris vehementia Caſſia caryophyllata inferiorem eſſe, 8 minùſque aromaticum ſpirare, quam fraudulenti Quinquinę ſubſtituunt, vna cum Cæraſi 9 cortice, hanc paucis antè diebus aquæ immacerantes, in qua diſſo-

Societatis pijſſimis, ac ſapientiſſimis Patribus vniuerſus noſter Orbis maximas debet gratias.

7 *Dicitur etiam Gentiana Indica, China Canna, Antiquartio Peruuiano.*

8 *China Chinæ Carÿophilos nec olet, nec ſapit.*

9 *Corticem Ceraſi, nigros fructus fęrentis, vtilem fore in profligandis febribus ſi ritè vſurpetur, exiſtimat Sponius, eodem .n. in*

dissoluta fuit Aloes, 10 quod fraudis genus impune ferendum non est, cum facultatibus omnibus diffidcant.

Deprehensum & aliud adulterij genus, corticem enim mercatores nonnulli integram liquori cuipiam immacerant, hocque artifitio pręstātissimam in proprios vsus eliciunt tincturam, ac demum venalem exponunt, non secus, ac sì de viribus nihil illi decessisset.

Hactenùs incertum illius fuit prętium, nec constitutum; quamdiù apud R. P. Iesuitas tantum prostitit Romę, & Parisijs vnica dosis aureo nummo pendebat, quæ binarum erat drachmarum: protinùs verò ac Aromatopolis innotuit, de prętio multum illi subductum est, adeò vt ante triennium, aut quadriennium optimę, & sinceræ libra vna viginti quinque libris Gallicis veniret: At verò quamprimùm Angli Medici remedium celebre fuit, vbique multa experimenta tentata sunt, vnde Quinquinæ prætium maiùs accessit, neque tamen ea solum de causa superauctum est: Dom. *Talbotio* 11 vbi primum innotuit ab aljis præparari febrifuga suo pænè æquiparanda, veritus porrò, ne arcanum tandem notum fieret, quidquid corticis illius Lutetię nancisci potuit, ac in celebrioribus vrbibus Galliæ, clàm subducere, conatus, quo facinore euulgato plurimi Medici, Chirurgi, & Pharmacopei suas res agi, crediderunt, ac diligentia adhibita, ne eiusmodi medicamento destitue-

---

in quærtana exhibito mitescebat febris, nec mirum amarore cum aliqua acrimonia donatus est.

10 *Quin & Acaciæ corticem, vt adstrictionem fæliciùs emulentur, addunt nonnulli, præterea & Galangam, Gentianam, & Cinamomum.*

11 *D. Talbotius celeberimus ille est Medicus Anglus, qui Parisijs annis elapsis China Chinæ tot sibi cumulauit diuitias, tantamque sibi toto orbe famam comparauit.*

tuerentur, illicò illius copiam insignem Rothomago, & Burdegala aduehi, curarunt, interim cum DD. *Andry*, & *Vilanius*, celeberrimi apud Parisienses Aromatopolę, quantum apud illos prostabat, ducentum libris Gallicis librę vnius pondus vendidissent, neque, vndè comparare ipsis liceret, adpareret, quindecim dierum interuallum ferè effluxit, quo & apud illos, & cæteros aromatarios illius inopia fuit omnimoda, sed tandem contigit, vt exigua illius copia aducta fuerit, cuius libra ferè centum aureos prætio exæquauit.

Exinde mercatores nostrates, cum apud Hispanos copiam illius nacti essent, remedium porrò Angli nouitatis gratia exutum esset, de prætio quotidiè plurimum illi decessit, adeò vt hodiè Lutetiæ libra vna quinquaginta, aut ad summum sexaginta libris veneat, nec apud me dubium, quin classis maritima faustè ex Indijs redux vilius adhuc reddat prætium.

Ex aucthoribus, à me adductis, nonnullis Quinquinæ facultates tradituris ex priscę medicinæ principijs satis fuit, atulisse corticem illam calidam esse, & siccam initio secundi recessus; *Clau. in Sch.* Alij, ex eorum classe, qui iniqua principia in 12 nouam philosophiam inuexerunt, probabiliora se adducere, rati sunt, enun-

12 *Immeritò Acidum, & Alkali, quæ potentia valdè principia appellat Hoffmanus, iniqua principia nominat hic Auctor, per ea enim, æque benè, ac per alia quelibet cogitata principia Naturæ phenomena explicantur, & quemadmodum Hipp. lib. primo de Victus ratione, Igni, & Aquæ omnia adscribit, quæ intra Cælorum ambitum continentur, ità Clarissimus Thachenius omnia Acido & Alkali vendicat in suo Hipp. Chimico, & David Vonderbecthe Acidum, & Alkali mechanica vocat naturæ instrumenta; Quin' Doctiss. Pompeus Sachius, olim in Patrio Gymnasio, nunc in Patauino Lyceo professor' primarius totam febrium Theoriam, & earundem curandi methodum magna cum sui nominis laude, Acido,*

enuntiando Quinquinam vi alkalina 13 motum acidi febrem inducentis sistere, sed illi rem obscuram per aliam obscuriorem explicant.

Si quid in medium proferendum, quod animum curiosum magis expleat, primò ex sententia *VVillisij* consulenda est experientia, illique assentiendum, statuenti, quicquid actu amarum est eximijs pollere viribus in sistendis fermentationibus præternaturalibus, ea propter *Radix* 14 *Gentianæ* aduersus febres quartanas olim adeò decantata fuit, flores item *centaurij minoris*, *radices contrayeruæ*, & *serpentariæ*, *folia absintij*, & *cherefolij*, *scammonium*, & plurima alia amaritie prædita reuera sunt febrifuga, etsì Quinquinæ viribus inferiora sint.

Insigni hoc vero constituto, indagandum iam, quæ causæ naturales amaritiem mixtis inducant: supposito autem id (quod omninò

Acido, & *Alkali superstruxit in suo Opere* Iris Febrilis, *inscripto*.

13 *Hoc docet Sponius tractatu Gallico de Febribus*, & *Febrifugis*, per quam idoneum, inquit, curandis Febribus Quinquinam sum arbitratus, vt potè quia Sale Alkalico fixo, & volatili plurimum turget.

14 *De Gentiana hæc habet Ætmulerus in Schroderi dilucidati Phytologia*: Vndè quoniam Gentiana & ipsa eggregium Febrifugum est, suadeo, vt loco Chinæ Chinæ ad Drachm 1. exhibeatur antè paroxismum, & spero eosdem ab illa effectus, *cumq; decoctum febrifugum*, & *extractum ex cortice Peruuiano*, *seu China Chinæ habeatur à Zuneflero in Pharmacopea Regia propositum*, *eidem præferendum esse ait*, *Decoctum Gentianæ*, *laudat præterea eiusdem succum inspissatum*, & *in vehiculo appropriato exhibitum pro rusticis*: *proponit tandem quasdam Pilulas febrifugas cum extracto Gentianæ*, *Centaurij minoris*, & *Absinty paratas*.

15 *Omni-*

omninò 15 necessè est) vera corporum elementa corpuscula esse acida, liquida, ignea, ætherea, & terrestria, procliuè erit in causarum eiusmodi cognitionem deuenire, quandòquidem enim amara omnia linguam penitiùs subeunt, adeò vt pertinax sit energiæ illorum sensus, inter elementa autem nulli eorum, præter quam Acidis, id tam largè concessum fuerit, inde colligendum est, prædominium illa obtinere in mixtorum compositione, quę illo sapore eminenter pręditа sunt, sed præterea ea euincitur ratione, quod Acida commixta plurimis corupusculis liquidis, ex se non alios exerunt *liquores*, quam pungentes, & dissoluendi vim nactos, cuiusmodi sunt *spiritus Salis*, *Vitrioli*, *Aluminis &c.* coniuncta autem corpusculis igneis, producunt tantum caustica, & exurentia, exempli gratia *Sublimatum*, *Mercurium corrosiuum*, *Nitri spiritum*, *lapides causticos &c.* intimè autem admixta particulis sulphureis, & oleagineis mixta solum insigni dulcedine prædita pariunt, sicuti *Mel*, *saccharum &c.* Vnde consequitur sola corpuscula terrestria, certa quantitate, & mensura illis comixta, saporem amarum inducere posse, ac reuera quo plùs sal quodpiam terræ obtinet, eo amariùs est, ac viceuersa, quò magis depuratum fuerit, eo minori pollet amarore, sic. e. g. sal Marinum humido dissolutum, demum per Cartam emporeticam traiectum, non alium quam Spiritus acidi saporem exhibet, etsi ante prædictam solutionem, & filtrationem insigni amarore polleret.

Porrò sicuti inter elementa à me recensita, Acidum omnium grauissimum est, ac proinde frigidissimum, sin* terestre minùs illo graue sit, imò etiam liquido, plùs etiamnum quam igneum, & æthereum de grauitate possideat, inferre licet, id temperie dona-

15 *Omnimoda hæc necessitas non apparet, quandò vniuersam generationum, & mutationum scenam ludere equè possunt Minima Corpuscula motu solum, & figura diuersa.*

16 *Secun-*

donatum esse, hoc est qualitate inter extrema media, ideòque vbi vna cum acido in mixto quopiam copia superat, aliter euenire nequit, quin mixtum refrigerandi vi polleat, aut saltem admodum idoneum sit tuendæ iustæ corporis nostri temperici.

At verò cum nullum Amarum reperire detur tantummodo ex corporibus acidis 16 & terrestribus constans, quoddam porrò occurat, cuius compositionem ignea, ætherea, aut liquida non mediocri copia ingrediuntur, ea propter aliud alio magis, aut minùs amaricat, imò plùs, aut minùs refrigerat, aut temperatum est. At verò si Quinquinæ siccitas perpendatur, ac identidem quam parum idonea sit combustioni suscipiendę, procliue erit inferre, tria elementa a me postremò recensita, exigua admodùm copia in ea contineri, ac proinde ex censu amarorum vix quodpiam reperiri posse illa temperiei magis proximum.

Iuxtà principium à me constitutum, in perquirenda Quinquinæ natura, cœteræ omnes illius facultates elici possunt, cum enim in illius compositione Acidæ cæteras partes copia superent, quibus innatum est, liquores, substantiam nostram præsertim constituentes, coagulare, sanguinem exempli gratia, lac &c, & simul terrestres, quę absorbendo humiditatem, & viscilditatem, à quibus partium solidarum robur infringitur, constringunt, & roborant, necesse est in Quinquina adesse stypticam, 17 & adstrictoriam vim, ac reuera in duabus his proprietatibus latet, quicquid maximè admirandum continet illius

---

16 *Secundum Recentes nnnnullos* Amari *natura consistit in Salinis portionibus lixiuosis, & alkalicis per sulphureas, & oleosas particulas determinatis: Vuillis existimat* amarum *oriri ex mixtura spirituosarum, sulphurearum, & salinarum particularum.*

17 *Corticis Peruuiani indoles febrifuga non in styptica tantum, & adstrictoria vi est reponenda, sed pręterea in sapore eiusdem amaro,*

illius operatio, ficuti id à me oſtenſum * in prioribus obſeruationibus à me editis.

Neque tamen exiſtimandum, ſicuti perperam nonnulli credunt, conſtringendi vim, illi inſitam, adeò efficacem eſſe, vt materiam febrilem intrà præcordia cohibere valeat, cæteraſque cauſas morbificas humoribus confuſas, aut partibus ſolidis adfixas; quinimò certum eſt, collectione partium homogenearum ſanguinis à Quinquina facta, ſubſequi ſecretionem partium heterogenearum, aut exuberantium, quarum hoc pacto ex-re-

---

amaro, verè .n. quà ſtypticoamarus eſt Cortex Paruuianus febrifuga vi pollet: quà .n. ſtypticum ſaporem habet, & ſubaſtringit, motum humorum frænat, & partes roborat, ſed quà amarus eſt acidum febris fermentum coercet, & deſtruit, acida .n., & amara bellum indixere, ſe ſeq. inuicem deſtruunt: illud tamen de Cortice Peruuiano notandum, quod eius amarities nullam Ventriculo, aut inteſtinis moleſtiam infert, nullam irritationem inducit, hinc nullam promouet excretionem, ſeu per vomitum, ſeu per Aluum, quemadmòdum eiuſdem ſtypticitas nullam conſtipationem, ſeu vaſorum occluſionem inducit, quibus potiſſium difert à reliquis ſtypticoamaris, & in hoc fortaſſe ſpecifica eiuſdem vis collocanda, quod ſcilicet eiuſdem particulæ nullam exerant vim intrà ventriculi, & Inteſtinorum reggionem, in hoc cortice .n. ſalinæ cum terreis particulis ità amicè concuniunt, & tam arctè combinantur, vt ſinè nexus diſſolutione primam regionem pertranſeant, & niſi in fluento ſanguineo admiſſa patiantur diſociacionem, & hæc eſt fortaſſe ratio potiſſima, quare reliqua ſtypticoamara febrifugam indolem non habeant, quia ſcilicet in ipſis ſalinæ particulæ amicè adeò cum terreis non conueniunt, neq; ſtabili adeò nexu lingantur, ex quo ſequitur, quod vbi primum ventriculi, aut inteſtinorum humore diluuntur, diſſocientur ſtatim, ac ſeparentur, ſuaſq; ſtatim tum ſalinæ, tum terreæ particulæ exerant vires, ſalinæ, ſi præualeant, fibras

excretionem 18 promouet, cuius gratia Natura sola sæpè tot conatus irritos instituit, non secùs cortex ille viscera constringendo, & corroborando, vim illis impertit, qua omnibus iniurijs obsistant, ac à quisquilijs omnibus molestis sè liberent.

Experientia obseruationibus prædictis apprimè consentit; ignis hectica febre laborantes exiccans, & tabefaciens sæpè numerò à varijs, & diuersis Quinquinæ præparationibus extinguitur; neque minùs idonea est extinguendis cœteris omnibus 19 inflama-

---

fibras pungendo, & irritando, terreæ, si predominentur fibras coarctando, & constipando, vndè, vel nequaquam intrà cruoris massam admittuntur, vel si admittuntur effetæ iam, & omni energia spoliatæ, quod respectu corticis Peruuiani non contingit, non .n. priùs dissociantur partes quam fuerint intrà cruoris massam admissæ, & in hoc potissimum indoles specifica posita est, seu, vti dicebam, ratio specifica posita est, in tali nimirum partium vnione, quæ non nisi ijsdem intrà cruorem admissis dissoluatur, qua ibidem facta partium dissociatione, amarę particulę in Acidum Febrile suas exerunt vires, terreæ sua stypticitate fermenti impetus coercent, cruorisq; frænant feruores.

* *Antequam vulgatum esset, & publici iuris factum remedium Medici Angli, & constaret Chinam Chinæ esse basim illius remedij, aduch'tamen D. de Blegny ex sapore, colore, & effectibus compertum habuit, basim illius Medicamenti esse Chinam Chinæ, vndè postea circa Quinquinę vires, & facultates varias edidit obseruationes, quarum nonnullę habentur ad calcem operis.*

18 *Febriles vtplurimùm suspendit insultus, quin etiam omnimodè tollit China Chinæ, absque quod vlla sensibilis habeatur euacuatio, vnde dicebat VVillisius, quomodòcumque sumatur, nullam euacuationem manifestam infert, Sturmius pariter eidem denegat vim sensibiliter euacuandi materiam febrilem, quin' ipse D. de Blegny inferiùs docet, non esse semper ab huiusmodi Medicamento sensi-*

19 inflammationibus internis, febribus, ac in genere fermentationibus quibuscunque insolitis, & præternaturalibus coercendis, exiguo temporis spatio motus quosuis deprauatos reprimit, massęque sanguineæ consistentiam vitiatam reparat; imò sępenumerò excretiones tam salubres excitat, vt exhausta hydropum ** scaturigine, ob succos naturales depuratos, (in

---

sensibilem euacuationem expectandam, quòd si quandoque assumpto huiusmodi medicamento sequatur sensibilis euacuatio, contingit, dicebat citatus Sturmius, quia per eiusdem actionem disponitur febrilis materia, & apta redditur, quæ possit facile propelli, atq; per corporis emunctoria eliminari, cui etiam assentitur Sponius, inquit enim, Quinquinam fibras ventriculi, aliorumq; viscerum roborando, & constringendo, ijsdem non solum vim impertiri fermentum febrile expellendi, sed varios præterea eddere effectus pro varia humorum obuia dispositione, modo amarore attenuando viscidos, & lentos humores in primis vijs occurrentes, hinc aptiores illos reddendo exeretioni per aluum, & vias vrinarias, modò calore moderato humores disponendo ad expulsionem per sudorem, & transpirationem.

19 *Si in stiptica, & adstrictoria vi latet, quidquid continet maximè admirandum China Chinæ, vti superiùs docebat Auctor, quomodò postea extinguendis omnibus internis inflammationibus erit opportuna, vbi obuiam eundum est sanguini lentescenti intrà vasa, ac extrà vasa in parte inflammata stagnanti, ab eius itaque vsu in internis inflammationibus abstinere, meliùs semper sum arbitratus, nunquam in internis inflammationibus illam propinare ausus fui, quin parum fælici exitu semper ab alijs exhibitam vidi, quemadmodum etiam in febribus becticis irrito semper conatu vsurpatam fuisse, obseruaui.*

** *Testatum reliquit D. Iones, quod huiusmodi Cortex non tantum febrem, sed nonnunquam etiam Hidropem, inde ortum depellit,*

(in quorum deprauatione, & fluore statuenda est illorum causa antecedens) tanquam principe causa, adscribenda illi sit expulsio redundantium succorum effusorum, qui causę coniunctę vim obtinebant.

Id tamen' mirum, inter tot auctores, qui miris æncomijs illius effectus extulerunt, nè vnum quidem tentasse explicationem illorum ex veris causis deductam, 20 imò nec qui eandem possibilem censuerit; VVilis enim, qui inter omnes proculdubio eruditissimè de ea scripsit, hac sola se tuetur circumstantia, quod cum nihil simile vnquam illi occurrerit, neque liceat ex singulari experimento axioma genericum stabilire, ideò solum in id incumbendum, vt ritè dignoscantur phænomena independentia, prætermissis illorum principijs effectiuis.

At

---

pellit, quod etiam confirmat, vti videbimus, Raymundus Restaurandus.

20 *Et tamen illud tentarunt Honoratus Fabri, Donzellus, Protospatarius, Ioannes Iones, & alij. Ioannes Iones ex Indole terreo salina Corticis Peruuiani febrifugam vim deducit, pluribus ènim rationibus demonstrat, omnia terreo salina Febrifuga esse, postea Corticem Peruuianum terreo salinum esse deducit ex eiusdem stypcitate, & amarore, supponit enim stypcitatem terreis, amarorem terreo salinis deberi particulis, deducit præterea terreosalinum esse Corticem Peruuianum, ex eo quod arte Chìmica solicitatus terræ, & salis multum præbet; Cum igitur Cortex Peruuianus inter terreo salina principem habeat locum, hinc est, quod cæteris omnibus in abigendis febrium paroxismis palmam præripit, & febrem felicissimè curat; Honoratus Fabri societ. Iesu Sacerdos, atque Theologus lib. 2. de Plantis febrifugam huiusce Corticis indolem, ex eo deducit, quod multis corpusculis striatis, multoque igne constat, cum enim, iniquit ille, febris dicat quandam materiam morbificam, & crudam sanguini admixtam, quæ innumeras* Propos. 70.

ferè

At verò, vt manifestum fiat, quàm procliuis sit error in explicatione rerum, si illarum notitia aliundè, quam ex proprijs causis deducatur, è re fuerit, hùc nonnullas laudati aucthoris opiniones adduxisse de effectibus Quinquinæ in massam sanguineam, Prima est, ab hac perpetuò in illa excitari fermentationem, 21 per quam, ea solum ratione extinguatur febris, quod aliam hęc agnoscat causam; at verò Quinquina sanguinis, cæterorumque humorum fermentationes re vera sistit 22 nequa-

ferè obstructiones in Corpore facit, quid mirum si prædictus puluis generoso vino, quod viam faciat, admixtus obstructiones illas tollat, materiam febrilem dissoluat, poros, & meatus laxet, quibus, vt reuerà acidit, illa materia, vel in vrinam, vel in sudorem, vel in fæces per aluum abeat. Thomas Donzellus, Ioseph filius: febrifugam Corticis Peruuiani indolem ex diuersitate saporum, quos innumeros in illo comminiscitur, deducit, suponit enim cum Hippocrate, Acidum, Amarum, Ponticum, salsum, & similia morborum occasiones esse, & febrium causas, quas oppugnare contrarij, & oppositi sapores tantumodò valeant, quò magis igitur, inquit ille, diuersis prędìtum saporibus erit aliquod Medicamentum, eò magis febrifugam exeret vim, at innumeros propè in se habet sapores Cortex Peruuianus, quid mirum igitur? quod febrifugum sit adeò præstantissimum.

21 *Doctissimus VVillis diuersimodè explicat modum operandi Chinæ Chinę, dicit enim, verosimile esse, quod eiusdem particulę sanguini permixtæ ipsum in nouam quandam fermentationem compellant, qua dum continuò Cruoris particulę agitantur, ne materiam excrementitiam congerant, aut turgescentias febriles ineant, omninò inhibentur.*

22 *Quomodò præternaturales quascunque, & insolitas fermentationes, & potissimùm febrilem coerceat Quinquina explicat Iacobus Sponius in suo Tractatu de Febribus, & febrifugis, inquit enim, quod*

quaquam verò concedam, vllam 23 ab illa excitari. Secunda est; quod illius effectus tandiù perstet, quamdiù vasis concluditur, quam primùm verò cunctæ illius partes indè elapsæ sunt, effectus ab illa inductus illicò cessat, adeò vt eadem certitudine redeant paroxysmi febriles, qua extinctio eorum illius ope speratur, at verò oppositum semper apparet, sì modò rectus fuerit illius vsus: Tertiò tandem statuit, accessiones febriles ipsam sistere, sed neque figendo, imò neque liquando sanguinem reliquorum febrifugorum more; attamen id certò certiùs est, præcipuum hunc esse febrifugorum amarorum, adstringentium, & stypticorum effectum, essentialium sanguinis partium diuisarum, & diuulsarum à spiritibus animalibus furibundis, vel humoribus heterogeneis, & superfluis, collectionem, & mutuam coniunctionem.

Nec opportuniora loquutus aucthor additionum in *Schroederi* Pharmacopœam; censens à Quinquina expugnari febrem, præcipitatoria vi, qua pollet erga fermentum febrile, 24 nam pre- *Fride. Hoffm.*

quod ingruente Paroxismo exhibita insignem adeò luctam subit cum febrili fermento, vt Paroxismus ideò plurimùm augeatur, sed fermentum illud, desinente pugna, mitescit adeò, ac eneruatur, vt postmodum nouæ accessionis excitandæ ineptum sit, non secùs ac spiritus Vitrioli fermentatione, seu lucta inita cum quantitate idonea spiritus Tartari acorem omninò exuit, & omni actiuitate spoliatur adeò vt deinceps ampliùs efferuescere, & luctari, nequeat.

23 *Quomòdo febrilem coerceat fermentationem noua periùs sanguini superinducta, iam explicauimus.*

24 *Donzellus, & Protospatarius ea prorsùs ratione Chinam Chinę contrà febres operari, docent, qua Antidota operantur contrà venena, extinguendo scilicet febrile fermentum, quòd in stomacho stagnare suponunt, in hoc ab Hoffmano diuersi, quòd ille fermenti præcipitationem, isti fermenti extinctionem, admittunt, & indu-*

 cunt;

præter quàm quod vix quiſquam mente concipiat, quommodò materia intra vaſa concluſa, & cruori confuſa, 25 vi medicamenti precipitari quæat, cuius præcipua facultas è diametro repugnat efficaciæ euacuantium, cum id genus præcipitationis per diuretica tantùm inſtitui poſſit, paulatim, & tractu temporis, iniquè id adſcribitur Quinquinę, adeò efficaci vi preditæ, cuius effectus tam citò emergit, vt ab vnica illius medicamenti exhibitione ſiſtatur ſæpenumerò, 26 & præcaueatur paroxiſmus febris.

Au-

---

cunt; citatus Sponius ait, Quinquinam acerba ſua, & adſtrictoria vi ſiuè conſtringendo, ſiuè etiam corroborando fibras Ventriculi, aliorunq; Veſcerum, vim ipſis elargiri, quæ poſſint faeilè febrile fermentum expellere.

25 *Non ſemper in Venis latent, & Cruoris maſſæ ingenitę ſunt fermentatiuę particulæ, quæ aliundè non raró adueniunt, & ſanguini affunduntur; Limpha enim, Chilus, Succi Neruens, & Pancreaticus, & ſi quæ aliæ è glandularum ſinu in Cruoris maſſam eructantur fluidæ ſubſtantiæ, ſepiſſimè febriles concitant ęſtus, (vbi ſcilicet præter naturam factæ à debita recedant craſi) poterit igitur Chinæ Chinę ſpecifica vi pręcipitari febrile fermentum, & in ſuo foco extingui, antequàm eius particulæ Cruoris maſſæ affundantur, quod ſi fuerint iam ſanguini confuſæ, & admixtæ, non video, cur ibi etiam præcipitari non poſſint, ac vna cum inutili ſero forà s propelli, quandò non abſimiles pręcipitationes ab alijs medicamentis promoueri, quotidiè experientia teſtatur.*

26 *Ideò Chinæ Chinę effectus ſtatim ſe exerit, quia eiuſdem actio attingit, & particulas iam Cruori confuſas, ac commixtas, & mineram, ſeu focum, vndè illę ſugeruntur, præcipitat enim, & particulas fermentatiuas intrà vaſa concluſas, & fermentum in ſuo foco, ſiue illud ſit in Ventriculo, & Inteſtinis, & potiſſimùm Duodeno, ſiue Glandulis, non negauerim enim aliquam partium eiuſ-*

dem

Auϛthor curationis febrium per Quinquinę vſum, qui febris cauſam ſtatuit fermentum quoddam acidum, medicamenti illius effeϛtus adſcribit inſitæ facultati impugnandi, domandi, & abſumendi eiuſmodi fermentum: At verò prędiϛto auϛthori in mentem non venit, sì reuerà Quinquina vi polleret deſtruendi 27, quin' etiam acida ſanguini immixta foràs propellendi, non poſſe ipſam adſumi, quin' iſtius liquoris Craſim omninò peruerteret, quandòquidem obtunderet, aut exterminaret acida ipſa, illius ex naturæ lege partem conſtituentia, huiuſque formam neceſſariò in aliam migraturam, ſi maxima pars alterutrius principiorum illius elementarium ſubduϛta foret. *Mang.*

D. Lemery in vltimo Curſu Chimico à vero non adeò aberrauit, aſſerens Quinquinam fixitatem inducere, & coagulare humorem febrem inducentem, non ſecùs ac alkali quodpiam ſalis cuiuſdam acidi motum inhibet. Reuera illi remedio proprium eſt, vt colligat, & mutuò coniungat partes liquidi, quibus cum commixtum eſt, quotieſcumque deducitur de potentia in aϛtum mediantibus diſpoſitionibus neceſſarijs, prędiϛtus autem auϛthor non animaduertit, eiuſmodi partium congregationem accidere tantum ratione partium propriarum ſanguinis, materiam verò febrilem ſero ſuperfluo confuſam eſſe, quo cum expellitur, aut inſenſibili tranſpiratione, aut per diureſim.

Eadem

---

dem ſolutionem, & diſſociationem quandòque fieri in Ventriculo, vel etiam ſanguinis circulantis comeatu ſolutas iam particulas ad glandulas, vel quaſcunq; alias fermenti febrilis ſcaturigines deſferi, & per conſequens febrile fermentum in ſuo foco extingui.

27 *Non omnia acida oppugnat, & exterminat China Chinę, ſed acidum febrile ſolummodò edomat, & infringit, cum enim non omnia acida, ſint eiuſdem indolis, ità pariter non omnia ijſdem Alkalicis edomantur, & infringuntur, ſed prò diuerſa cuiuſcumque indole diuerſum ſpecificè Alkalicum eſt neceſſarium.*

 28 *Non*

Eadem ratio non eſt principij à me adducti, & opinionum recenſitarum, ſimplex illud eſt, nitidum, omnimodè reſpondens experimentis omnibus de Quinquina hactenùs inſtitutis, imò auſim dicere, quotquot in poſterum tentari poterunt; cuicunque enim febris ſpeciei deſtinetur, vel morbo, quem vaporis nomine donant (aduersùs quem Quinquinam eximiam eſſe, credo) omni hydropis ſpeciei, aut alteri cuipiam ægritudini, ſiuè illius ſubſtantia exhibeatur, ſiuè infuſum, ſiuè tinctura, aut opiatę forma, vel extracti, vel quintæ eſſentię, prò certo habeo pręcipuum illius effectum futurum ſemper, partium propriarum, & homogenearum liquorum ſegregationem ab extraneis, & heterogeneis, vt & quarundam collectionem, atque hac mediante facilem cæterarum expulſionem præſtare, hoc tamen diſcrimine, vt effectus hic plùs, aut minùs manifeſtus fiat prò dextera, aut ſiniſtra medicamenti prædicti vſurpatione.

Cæterum nè leui pede videar præterire varias Quinquinæ pręparationes, hùc afferam *Rolſinkium*, tincturam 28 illius quandam adducentem, quę nihil aliud eſt, quam eiuſdem Tinctura ope optimi vini elicita, & demùm miti igne in vaporē reſoluta, à *Sturmio* ſimilęm propemodùm deſcriptionem tradi, Auctorem curationis febrium per Quinquinam, illam pręſcribere ſumendam forma Boli, Extracti, Liquorum fermentatorum, & Infuſionum in Vino factarum, Cereuiſia, Aquis ſtillatitijs, Priſſana, & Aqua 29 communi, à *D. Lemery* exhiberi pręparationem Tincturę, Extracti, & Salis è Quinquina elicij, alios item pręparandi modos, & exhibendi proſtare apud plurimos aucto-

28 *Non abludit à Rolfinchij tinctura, illa, quam affert Doleus: cuius conficiendæ modum habebis infrà in notis ad tractatum Domini Monginot.*

29 *Quinquinæ pulverem ex aquæ cyato potiſſimùm exhiberi in Gallia Narbonenſi, docet citatus Sponius.*

30 *Di-*

auctores 30 quos in medium adducere, iniquum iudico; Porrò me iudice simplicissimæ preparationes, & quę minùs artificium redolent, omnibus præferendæ sunt, sicuti ex descriptione remedij medici Angli perspicuum futurum est, quod cum cœteris omnibus hactenùs compertis palmam pręripiat, normę vices tenere debet, quoùsque melior formula in apertum proferatur. *Error est in arte Medica plurima 31 medicamenta simul congerere (etsi viribus propemodùm similibus polleant) vnius eiusdemque indicationis gratia. Quamobrem sicuti Quinquinæ, cuius historiam, mox tradidi, nullo refragante probatissimum est inter cuncta simplicia febrifugum, hinc eadem, & solitaria basin remedij Medici Angli sustinet, imò ex subsequenti descriptione conspicuum futurum est, è numero Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopeorum, eos, quibus studium fuit illius sequi vestigia, propiùs rem attigisse, qui simplicissima præparatione vsi sunt, vndè elucescit nouitium illum auctorem, qui vbique iactabat illius inuentionem, plurimùm aberrasse, quandòquidem ratum semper habuit vires Quinquinæ fermentationis ope augmentum semper nacturas, atque additione florum, & salis Centaurij Minoris, tartari albi, salis armoniaci, ligni sassafras, baccarum iuniperi, aliorumque medicaminum.* Porrò

---

30 *Diuersę Quinquinæ preparationes habentur inferiùs in Tractatu Domini Monginot, pręterea videri possunt variæ illæ preparationes Quinquinæ traditæ à Scholiaste Obseruat. D. Muralti, Obseruationis scilicet secundę Anni octaui Decur. Secundæ Miscel. Curios. Natur. German. plurimæ præterea illæ Doct. Heluetij.*

31 *Valeus in sua Methodo Medendi, docebat fugiendam esse in compositione medicamentorum, theriacalem illam, & nauseabundam variorum simplicium commixtionem, Petrus Poterus lib. 1. Pharmac. spag. cap. 2. tria tantum, aut quatuor simplicia ad compositionem admittit, quibus plerùmque plùs effici solet, quàm si vniuersa materia medica Dioscoridis ægroto exhiberetur, vt loquitur Balthassar Brunnerus in Consil.*

 32 *Pi-*

Porrò, etiam si hoc remedium diuersas præparationum rationes subire queat, cuncta tamen sine discrimine ad simplicitatis principium à me adductum collineant: id quod manifestiùs futurum est ex descriptionibus, quas æques Talbotius Regi exhibuit, fideliter & sincere huc adductis, & exhibitis.

Prima Quinquine infusio, partem remedij Medici Angli constuuens.

ACcipè libram vnam optimæ corticis Quinquinę, subtiliter tritæ, & per cribrum densiùs traiectę, irroretur per diem vnum, aut alterum alternis vicibus decocto anisi, & succo petroselini, postmodùm puluerem hunc immitte vrceo quindecim circiter Pintarum 32 capaci, affundè paulatim, & materiam perpetuò versando, vini rubelli quantùm satis, vt adimpleatur vas, hoc ritè, & sedulò obserato, fiat infusio huius mixturæ per octiduum procul' ab igne, quotidiè bis, vel ter vas commouendo ope baculi, quod materiam in fundo subsistentem subagitet, liquorem postmodùm per densum Cilicinum duplex traicè, recondè in lagenis vitreis, exactè obturandis, loco sicco, nec dio nimis exposito, asseruandis; incorruptis viribus toto bimestri, vel trimestri, imò amplius superstes futurus est.

Regu-

32 *Pinta vulgaris Parisiensis æquiualet libris duabus ciuilibus aquæ communis ex obseruatione Domini Charas, & de facto Pintam Parisiensem comparat sextario Romano Budeus de Asse lib 5 Sextarius Romanus continet Heminas, seu Cottylas duas: Cottyla autem, seu Hemina libram ciuilem vnam; cum igitur Pintarum quindecim capax esse debeat Vrceus, ideò aquæ libras circiter triginta continere debet.*

33 *Sex-*

Regula deducta ex adversarijs Domini primarij Regis Medici de ratione in vsum ducendi primam hanc infusionem.

PRior hæc infusio, quę validissima est, & summè amara, exhibenda est ad curationem febris, quæ abigenda offertur; dosis illius prò adultis, & robustis est quinque, vel sex vnciarum, hoc est circiter semisextarij 33 mensurę Lutetianæ: natura autem debilioribus, qui facilè incandescunt, aut vino non assuetis quarta pars istius dosis accidenda est, imò tertia, & media nonnunquam, gratię ergo conciliandæ vnicuique tantillum succi mali aurantii, aut citrij affundendo.

Si nihil obstiterit in electione temporis idonei, ad primæ doseos exhibitionem, eligatur semper paroxismi 34 declinatio: cum verò in febre quartana eiusmodi electio curationem per biduum, aut triduum posset morari, simili in casu non sine fru-

33 *Sextarius Romanus Cottylas duas continet, sextarius autem Parisiensis libram vnam, semisextarius autem vncias sex æqui ponderat.*

34 *Ingruente paroxismo ægroto intrà lectum composito propinandum esse, fuit sententia VVillisij; dum frigus febrile, seu rigor irrepere incipit, in eo leui, ac primo accessionis principio exhibendum esse, fuit sententia Brunatij, Donzelli, & aliorum, cui tamen minimè subscribit Sydenam, cui magis è re fore videtur, sanguinem huiusmodi medicamine sensim, & longiore à Paroxismis interuallo leuiter inficere, quàm vno omninò ictu instantem iam Paroxismum confodere, tentare, & Sponius arbitratur in intermissionibus hunc corticem adhibendum esse, vt sensim mitescant, & temperentur humores acidi tumultuantes, quam methodum approbat, ac sequitur D. Monginot, vt videbimus infrà, Iones autem consulit Corticis exibitionem à Paroximi declinatione, auspicari*

fructu præbere licet inchoante accessione, ac verò tunc è re fuerit, vnamquamque dosin valentiorem efficere, additis guttis aliquot tincturæ, aut essentiæ inferiùs describendæ.

Cæterùm initio ducto præbendæ infusionis, singulo quoque trihorio eadem dosis exhibenda venit, ad tempus vsque paroxysmi subsequentis, exceptis tamen horis somno dicatis, quem abrumpere nefas, iterata vsurpatione intermissionis initio, hac tamen cautione, vt si cohibitus fuerit vnus paroxysmus, satìs fuerit vnam dosin dedisse manè ieiuno ventriculo, alteram diù à cœna, id quod per quinque, aut sex dierum curriculum obseruandum est.

Secunda Quinquinæ infusio, partem remedij Medici Angli faciens.

ACcipe magma, aut fęces prioris infusionis, immitte eidem vasi, vel alio eiusdem capacitatis, addita semilibra recentis pulueris Quinquinæ, vti supradictum, præparatæ, simili vino adimpleatur vrceus, in genere obseruatis tam pręparationis ratione, quam conseruationis alterius istius infusionis, singulis circumstantijs designatis prò prima; ea tamen adhibita distinctione, decendium requiri ad posterioris istius præparationem,

Regulæ desumptæ ex aduersarijs Domini primarij Regis Medici, quò ad vsum secundæ istius infusionis.

VBi expugnata febre, totis sex diebus manè, & vęsperi exhibita fuerit prior infusio, posterioris vsus ineundus erit, quam per octiduum integrum porriges, eadem seruata, ac prioris dosis, sed solum semel in die, manè soluto somno.

Tertia

Tertia Quinquinæ infusio Pars remedij Medici Angli.

ACcipe residuum, vel magma secundę infusionis, nullaque accedente vlteriori additione, refunde in prędictum vas, addita eadem vini quantitate, hæc vbi per decem dies infundi permiseris, & seruatis conditionibus ad præparationem, & conseruationem precedentium duarum infusionum præscriptis, hanc ad vsum inferiùs designandum repositurus es.

Regulæ ex aduersarijs Domini primarij Regis Medici depromptæ, vsum tertię Infusionis spectantes.

EXacto octiduo secundę infusioni vsurpandę destinato, tertiæ vsus inchoandus, viribus sufficientibus instructæ; Vnica illius dosis assumenda horis matutinis, alternis diebus, quæ demùm gradatim intercipienda, hoc est tertio quoque die per dies quindecim vnam dosim exhibendo, sic in vsu pergendo, quoad absumpta quantitas trium infusionum depleat mensuram circiter trium Pintarum.

Essentia, aut Tinctura Quinquinæ Pars remedij Medici Angli.

ACcipe duas vncias Quinquinæ tritæ, per incerniculum transmissæ, postmodum suprà marmor in alkool deductæ, conijce in lagenam vitream, affundè vncias octo spiritus vini optimi, vas radijs solaribus exponè, ac per dies quindecim detinè, ad minimum semel in die concutiendo; postmodùm transmissa tinctura asseruetur in lagena probè obturata, in futuros vsus seruanda.

Ragula

Regulæ deductæ ex aduersarijs Domini primarij Medici Regis, quoad vsum essentiæ aut Tincturæ Quinquinæ.

PRæter superiùs allata de hac essentia, vel tinctura, vbi de tempore commodo exhibendi primam Infusionem, hoc præterea obseruandum, vt acumen illi accedat, & augeatur vis vniuscuiusque dosis huius infusionis, eidem instilandum esse quinque, sex, septem, imò octo guttas huius tincturę, quotiescumque febris pertinax fuerit, etiam exhibitis pluribus dosibus: Quæ additio prudentis Medici directionem supponit, qui indicationes ex mali indole, & subiecti dispositione desumpturus est.

Opiata cum Quinquina præparata Partem remedij Medici Angli efficiens.

ACcipè quamcumque quantitatem libuerit pulueris Quinquinæ, modo præscripto præparati, coalescat in consistantiam opiatæ, cum sufficiente quantitate Syrupi è succo 35 limonum confecti, aut cydoniorum, in gratiam mulierum grauidarum, exacta, & sedula fiat commixtio.

Regulæ elicitæ ex aduersarijs Domini Primarij Regis Medici vsum prædictæ opiatæ spectantes.

NOnnulli morbi primæ infusioni refractarij sunt, imò adactione essentiæ, aut tincturæ maiorem vim adeptæ, eius-

---

35 *Laudarem potius vsum syrupi de corticis Citri, vel Aurantiorum, vel etiam syrupi de Abscintio; amara enim acidis in hoc casu mihi præferrenda videntur, quandoq; etiam ipso succo Abscintij vsus sum.* 36 *Felici*

eiusmodi in febribus specifici substantia ipsa porrigi debet, optima, & cômodissima illam exhibendi ratio est forma opiatę modô adductę, 36 illius porrigi possunt à quattuor drachmis ad sex vsq; semel aut bis in die, pro re nata ex apice cultri, citrà alium apparatum, vel inuolutæ nebulis, aut alio quouis modo.

Vinum purgans, partem remedij Medici Angli componens.

ACcipe Hieræ picræ optimæ vnciam vnam, infundè per octiduum in sesquisextario vini rubelli hac lege, vt lagenam continentem hanc mixturam semel tantum in die primo triduo succutias, posterioribus quinque diebus immotam serues: deinceps decantata leniter, & per vasis inclinationem, infusio in aliam lagenam transfundatur, exactè obturandam, & in futuros vsus asseruandam,

Regula deducta ex aduersarijs Domini primarij Regis Medici, quò ad vsum Vini Purgantis.

SI ob pleonexiam ęgri, vel ventris adstrictionem ægro superuenientem illum mollire necesse fuerit, è re erit addidisse vnicuique pintæ infusionis Quinquinæ, tria, aut quatuor co-

---

36 *Fælici admodùm euentu annis elapsis opiatam in vsum ducere cæpi, ex qua paruas fieri Pilulas iubeo, quæ cum minori nausea, & incommodo, sed non minori euentus fælicitate ab ægrotantibus assumuntur, ab eiusdem enim vsu febrem fęlicissimè expugnatam vidi; aliquid tamen ijsdem Pilulis superbibendum præscribo vel aquam, vel vinum, vel etiam Brodium, pro diuersa ratione febrium, & ægrotantium diuersa constitutione.*

37 *Ideò*

cochlearia vini cathartici superiùs descripti, cuncta accuratè commiscendò, eadem vsurpandi ratione obseruata, quæ indicata fuit, vbi de infusionibus, hoc est maiori, aut minori quantitate, prò vt tempus adfuerit vsurpandæ primæ, secundæ, aut tertiæ infusionis, imò iuxtà indicationes deductas ex ægri, & morbi statu presenti.

Obseruandum venit, si nulla memoratù digna plenitudo subsit, aluus autem non admodùm constipata fuerit, sola enemata ex lacte, & Ouorum vitellis parata purganti cuilibet anteponenda esse, quandòquidem nimia ventris 37 lubricitas specifici efficaciæ perpetuò obstat.

Aliæ Regulæ ex obseruationibus Domini Primarij Regis Medici desumptæ, de obseruandis in vsu remedijs Medici Angli.

SIcuti nonnumquam vtile est, aluum strictam laxare per decursum remedij Medici Angli, ità aliàs illam constringere è rè est, si vel ratione superuenientis diarrheæ, aut p ægressæ vis concoctrix infirmior reddita fuerit, 38 & chylus factus impurior, eiusmodi enim dispositiones contrà naturam febris curationem admodùm morantur: Tum temporis necessè est, preter

37 *Ideò semper improbaui, quamcunque laxantis, multò magis purgantis medicamenti, & Cathartici admixtionem preparationibus Chinæ Chinæ.*

38 *Etsi hoc remedium nulla purgandi vi polleat, quandòq; tamen accidit, dicebat totiès citatus Sydenam, vt ab eius vsu, tamquam à cathartico fortiori assumpto æger violenter expurgetur, in hoc casu (violentæ scilicet, & nimiùm validæ euacuationis) omninò opportet, vt laudanum cum eo exhibeatur, quò minus hanc operationem tam suæ naturæ, quam morbo planè contrariam ciere, valeat: Quomodò autem*

præter doses specifici remedij in dies vsurpandi, illarum duabus saltèm admiscere partes æquas tincturę rosarum, cum aqua communi super cineres calidos elicitæ, nulla additione facta spiritus vitrioli, vel alterius spiritus acidi, eam in rem vncia vna rosarum prouincialium ad Pintam vnam aquæ satis est, intrà spatium nycthimeri elicitur eiusmodi tinctura, vnicuique tincturæ transmissæ, & colatę Pintę addendo sacchari optimi vncias tres.

Extrà paroxysmos, & quantùm licebit, horis solitis ægris concedatur alimentum, indulgendo illorum appetitui, electione alimentorum facta, quę natura spontè appetit, 39 prętermissa solum carne porcina sale condita, ac pręsertim larido: hoc nihilominùs obseruato, solida liquidis conducibiliora esse, et sì fortè sitiat, aut esuriat ęger, nè porrigatur potus, nisi ælapsa sit quarta pars horę, vel alimentum, quam hora integra à dosis specifici exhibitione, nè concoctio in ventriculo interturbetur, cibique distributio, quę ritè peragi debent.

40 Et

autem contingat aluum ab exhibito puluere febrifugo laxari, iam à nobis superiùs cum Sturmio, & Sponio fuit explicatum, explicat etiam laudatissimus D. Iones, *qui ait, quandòque sedes mouet huiusmodi Cortex, quia humores à seri, & limosi tatum fusione, & sanguinis compressione defluentes intestina lubricant, & stercus fluidiùs reddunt, nec non salinis Corticis particulis instructi intestinorum membranas ad excernendum irritant, & mucum abradunt.*

39 *Docebat Ioannes de Muralto per totum temporis decursum, in quo exhibetur huiusmodi medicamentum, omnia acida esse deuitanda, & quæ facilè acorem contrahunt, & acescunt, quin ea omnia, quæ facilè in Ventriculo corrumpuntur, vti sunt lactaria omnia, fructus horarij, improbat præterea omnia legumina, & omnia salsa, & piperata, vno verbo omnia, quæ obstructiones parere, & fermentum febrile augere, possunt.*

40 Ex-

40 Et id etiamnum adnotandum, ab aquæ potu, & ptissanæ infringi vim remedij, ideòque vinum dilutum, cuiusmodi in vsum venit ipso probæ valetudinis tempore, cuicumque alteri potui anteferendum esse; cæterùm sicuti remedij specifici actio in virium instaurationem semper tendit, cætera verò remedia illas necessariò infringunt, vix eodem tempore in vsum ducere ea, concessum est, quin interceptio contingat plurimarum salubrium operationum, aut deducantur ægri in ineluctabile ferè periculum, si præsertim vel ratione proprij temperamenti, vel ætatis, aut morbi pertinaciæ, virium robur exolutum sit, & macie confecti ij sint. Quamobrem, sicuti superiùs adnotatum, non certiori effectu actio remedij adiuuari potest, quàm assumptis alimentis polytrophis, quandòquidem vnà cum remdio ad virium restaurationem concurrunt, ac ægros ad eum statum deducunt, vt firma valetudine frui queant, illicò à superata febre.

Prudentia etiam nùm Medico, vsuro remedio specifico, necessaria est, nonnumquam enim ope & missionis sanguinis, & purgationis, aliorumque vsitatorum remediorum, inductas corpori vitiosas dispositiones emendare debet, à quibus prosper illius euentus inhiberi posset: at cùm eiusmodi remedia solummodò perpendi debeant, tanquam præparantia, specifici vsui perpetuò præire debent, 41 quod eo tempore præsertim est efficax, si solitarium exhibeatur. *Aliæ*

---

40 *Experientia docet, nequaquam remedij vim infringi ab aquæ potu, nàm quotidiè suos præstat effectus, etiam cum aqua exhibitum, & si post eiusdem exhibitionem aqua superbibatur adhùc tamen eiusdem vis non infringitur, vt iam diximus.*

41 *Reuerà improbandus illorum est vsus, qui Catharticis, & solutiuis admixtum febrifugum hunc Corticem exhibent, quemadmodùm Doleus, qui modò Catharticis, modò sudoriferis prò re natà admixtum illum exhibet, infælici euentu cum sudorificis nobili cuidam viro, alijsque exhibitum vidi.* 42 *Ab*

Aliæ quędam obseruationes ex Ephemeridibus prędicti Domini primarij Regis Medici circà facultates dicti remedij.

NVlli vnquam remedio potiori iure specifici remedij nomen, quàm prædicto, adscriptum est, nec enim hactenùs vllum nobis innotuit, quod febres parj celeritate, & securitate profligauerit: Reuerà Quinquina, quæ illius est basis, à triginta circiter annis nota, ferè semper intercipit paroxyismos febrium intermittentium, substantia illius exhibita ex vino albo citrà maiorem apparatum, hoc est, ex methodo 42 R. R. P. P. Iesuitarum, à quibus hæc cortex primùm in Europam inuæcta est.

Apud quosdam quidem auctores, qui deinceps de illa aliquod scriptis consignarunt, inuenire est, quasdam præparationes, quæ prædictam efficacia superare feruntur; at verò experientia teste nondùm illis verissima methodus comperta fuit, qua ęgri immunes fierent à molestis recidiuis, quarum causa id remedium hactenùs in contemptum veniebat: gratiæ verò procludubio habendæ *Dom. Talbotio*, quod eius ope fruamur præparatione suprà cęteras eximia, siue primùm illius aucthor fuerit, proprioque marte excogitauerit, siue fortuitò illi obtigerit, ac reuera illius audacia (quę in alio empirico temeritatis pœnas luere debuisset) non minimum contulit ad notitiam consequendam rationis illius vsurpandi, qua nunc fruimur.

Maximè insignes effectus dicti febrifugi in omnibus febribus intermittentibus sè exerunt, quas primariò impugnat: sistit enim, ac tandem profligat, febres quotidianas, tertianas simplices,

42 *Ab hac Methodo, quam diutiùs sequuti sunt, recesserunt hodie etiam Medici Itali, variata eiusdem exibitione prò varia febrium, & ægrotantium conditione.*

plices, & duplices, quartanas simplices, duplices, triplices, imò nonnunquam alias febrium species: Continuæ enim quædam, quæ exacerbationibus, & intermissionibus certis interpolantur (quarum indicium est, aut leue extremarum partium frigus, aut dorsum occupantes horrores) eadem ferè celeritate, & securitate cedunt specifico illi remedio, ac verè intermittentes; id quod sæpè numerò contingit respectu febrium lentarum, & hecticarum, quarum comes est marcor, (cuiusmodi, vt plurimum in infantibus occurrunt) ** eò quod in illis quędam inæqualitates remissionis, & augmenti occurunt, ob quas conceditur remedio locus, adeò vt, & vim suam exerere, & naturę conatibus fauere, queat, ac proindè massam sanguineam ad pristinam diathesim deducere, stomachumque pristino robori restituere, adeò vt, cum deinceps chylum tantum ritè elaboratum generet, exinde viuificus humor in singulas partes deriuetur, à quò illarum siccitas emendatur, & prior reddit crasis, & constitutio.

Obseruandum nihilominùs est, quod cum materia febrium continuarum per vniuersam massam sanguineam diffusa sit, atque in tota Cruoris massa quandòque corruptio sit vix emendabilis, & Natura ex toto distrahatur, nullis à materia morbifica habitis induciis, ideò inhabilis tunc temporis euadit medicamento de potentia in actum deducendo, donec ope tum venæ sectionis, tum euacuationum imi ventris, materia hęterogenea, & impura ex parte eliminetur, spirituum orgasmus sedetur,

** *Hæcticis puerorum febribus occurit, dicebat D. Iones, has enim, cum à cruditatibus proueniant, quas cortex absumit, extirpat, porrò fermentationis enormitates reprimit, & digestione ab eodem emendata, sincerus, & copiosus Chilus, lactis emulus, hæctico que sanguini maxime proficuus, conficitur, in adultis nunquam huiusce Medicamenti vsu hæcticas febres sanatas, vidi.*

43 *VVili-*

detur, ac humores eam temperiem nanciſcantur, qua grati, & accepti Naturę fiant, quæ ſi defuerint, ſpecificum, quod non perpetuo euacuationes regulares molitur, inefficax eſt, & impar tumultui compeſcendo, & orgaſmo in maioribus vaſis excitato ſedando, ac ſimul anomalijs in ſingulis partibus præcipuis, ac maximè neceſſarijs corporis emendandis.

Quò faciliùs innoteſcat, quanti ſint momenti regulæ omnes ſuperiùs adductę, & obſeruationes præcedentes, hoc adnotatum volo, quodcumque ſpiritus extraordinariè, nec non humores, ac in genere partes liquidas, & fluidas corporis noſtri in motum incitat, & impellit, perpendi poſſe tanquam cauſam febrium primitiuam, hoc eſt motuum eiuſmodi inordinatorum, quibus toties Maſſa ſanguinea exagitatur: At verò cum ijdem motus à natura protinùs compeſcerentur, niſi fomentum ſubminiſtraret cauſa aliqua permanens, porrò dum æconomiam vniuerſalem concutiunt, corrumpunt fermenta digeſtioni deſtinata, ac proindè chylo impuro occaſionem præbent, & vitioſo, perpendi poteſt chyli elaboratio tanquam 43 cauſa imediata, & antecedens febrium, adeò vt remedium quodpiam veri febrifugi nomine iniquè gaudeat, niſi ſimul, & ſemel prauam ventculi diſpoſitionem, ac fermentorum à me enumeratorum emendauerit, id quod reuerà à febrifugo remedio Medici Angli expectandum, etenim ſtomacho 44 admodùm conducit non ſecùs, ac

43 *VVilliſius, & ipſe potiſſimam febrium intermittentium cauſam ſupponit Chyloſam ſubſtantiam, quæ quotidiè ſuggeritur ſanguini, cum enim ob vitioſam ſanguinis diathesim eiuſdem aſſimilatio ritè non habeatur, hinc eſt, quod vberiùs in ſanguine aggeſta turgeſcentiam inducit, & febrilem efferueſcentiam.*

44 *Ventriculi corroboratio expectanda æquidèm ab vſu Quinquinæ, omnia enim ſtyptico Amara hac vi corroboratiua Ventriculi pollent, vidi ſæpiùs ab aſſumpta Quinquina ciborum apetentiam reſti-*

ac pleraque medicamenta amara, quandòquidem humiditates redundantes absumit, fibrasque ventriculi relaxatas contrahit, & constringit; ac proindè appetitum exulem reuocat, vel imminutum redintegrat, vndè exspectanda perfecta alimentorum, etiam solidissimorum, concotio, imò, ausim dicere, cardiacam illi vim inesse, nam preterquàm quod apud collapsos vires instaurat, caloremque natiuum marcescentem excitat, particulas pretcrea hæterrogeneas fermentationem sanguini inducentes figit, colligitque, & coadunat eas, quę per æstum illius diuulsæ, & disgregatæ fuerant.

Incrementum illud caloris, & roboris in causa est, vt febrifugum dictum, febrem, incendere, aliquandò videatur prima dosi assumpta, augetur tantùm, vt eam fæliciùs impugnet, ac tumultus ille excitatus triumphi futuri certissimum 45 est indicium, quò vehementior enim ab illo excitatus fuerit paroxysmus, eò de absentia, & fuga eius, qui futurus metuebatur, securiores nos esse, opportet.

Plurimis Medicis incompertum est, qua ratione id remedium, quod sola figendi vi præditum videtur, febres radicitùs exterminare queat, id verò notandum venit, & si non semper ab illo euacuatio sensibilis expectanda veniat, id tamen tanta efficacia à partibus naturæ stare, eiusque motibus obsequi, vt quam-

---

restitutam, Ventriculi dolores, cruditates, aliaq; huiusmodi sedata incommoda: quin' in conualescentibus ex eiusdem vsu vidi suam sanguini restitutam crasim, eidemq; energiam conciliatam.

45 *Si Quinquina ineunte Paroxismo exibeatur, insignem adeò fermentationem subit cum acido febrili, vt Paroxismus ideò admodùm augeatur, sed pugna desinente, vti vidimus, fermentum illud adeò mitescit, vt postmodùm nouæ accensioni excitandæ ineptum sit, & eneruatur adeò, vt indè repetita medicamenti exhibitione prorsùs extinguatur.*

46 *Hoc*

quamdiù operationem suam exercet, materiæ heterogeneæ impuræ, aut redundantes, vt plurimùm ad superficiem corporis detrudantur, per insensibilem transpirationem discessuræ, imò sæpissimè per copiosam sudorum profusionem, adeò vt etiam illius vi aluus motu critico reseretur, & in plurimis ęgris 46 vię vrinariæ pateant vacuationi adeò salubri, vt simùl, & semel, & febris quartana, & hydrops ab illa excitatus, eius ope eliminentur.

Cæterum etsì maximè familiaris operatio, & certissima, remedij Medici Angli sit cohibitio paroxysmorum febrium intermittentium, locus non est, vt credam, ab illius vsu imminere discrimen aliquod, æconomiæ naturali nullam vim infert, cum non secùs, ac cætera remedia amara temperata, nihil noxium corpori humano inducere valeat, coadunatio, quam parit, partium sanguinis, facilem semper reddit expulsionem causarum morbificarum, at verò, etsi reliquiæ quædam in corpore delitescerent, illæ huius ope temperanrur, ac naturæ gratiam recipiunt, vel saltem per reiteratas, & continuas digestiones concoquuntur, maturantur, & discutiuntur.

Obser-

---

46 *Hoc æquidem experientia patet, non raro enim ab exhibito huiusmodi medicamento in febribus sudores plurimi, quin etiam vrina copiosa profluit, non ideò tamen inter Diuretica, seù Diaforetica connumerari debet, quemadmòdum à Gaudentio Burnatio recensetur.*

 47 Et

Obſeruationes deductæ ex aduerſarijs Domini d'Aquin' primarij Medici Regis, circà methodum Domini Talbotij in præparatione, & diſtributione remedij ipſi familiaris.

MAximum artificium plero umque empiricorum in ſolò medicamentorum ipſis familiarium fuco ſitum eſt, cum enim eademmèt Medicis, quibus illorum natura, & facultates perſpectæ ſunt, in vſum veniant, arcanorum cognomen non adipiſcerentur, niſi nouitatis titulo donarentur: Hic dolus fuit *D. Talbotij* in præparatione Quinquinæ, ſiue mens illi fuerit ſuadendi, febrifugi ſibi familiaris vìm in prædicta cortice non quærendam, ſiue huius vires ſibi plùſquam cœteris, qui priùs illam in vſum duxiſſent, perſpectas fuiſſe: crebrò enim roſarum prouincialium drachmas ſex irrorabat vncijs duabus ſucci limoniorum, ac demum infundebat horis quattuor in ſex libris aquæ fontis, hac vſus infuſione ad præparationem ſui remedij, illi addens vncias octo Quinquinæ in puluerem contritæ, cui inſtillabat vncias quattuor ſucci radicum fœniculi, addita maceratione duodecim tantùm horarum.

Nonnumquàm huic ſucco ſubſtituebat ſuccum foliorum Apij, aliquandò Petroſelini, nominatim in tertianis tùm ſimplicibus, tùm duplicibus,

Ad febres coutinuas mihi aſſeruit, familiarem ſibi fuiſſe vſum ſuccorum Plantaginis, & Lactucæ, in febribus autem malignis decoctum radicum Scorzoneræ.

In febribus Quotidianis puluerem irrorabat aceto ſcylitico, hac proportione, vt huius eſſet vncia vna, pulueris octo, cuius

ius demùm infusionem procurabat modò in vino Rhenano, modò in Albo.

Ad Quartanas potior illi erat succus Pentaphylli, aliquandò ob infusionem illi in vsum veniebat vinum Hispanicum,

In Hæcticis, & lentis febribus vsurpabat succos tussilaginis, & hederæ terrestris, ad infusionem verò vini partem vnam, Ptissanę duas, vnam tincturę rosarum.

Discrimen sexus in remedij vsurpatione nullum illi fuit, ea tamen lege, vt sì mulieri exhibendum fuisset, abstinere iuberet fluentibus menstruis, sic autem in gratiam grauidarum, & puerperarum præpararet, vt priùs irrorata succi cydoniorum vncijs duabus Quinquina, hanc postmodùm in vino maceraret, partibus æquis tincturę rosarum diluto.

Hæc verò fuit methodus in cura febrium complicatarum, exhibebat scilicet febrifugum suum, aut sub exacerbationis finem, vel inchoante sudore, illa verò pręcautio eò magis vtplurimùm inutilis erat, quod prætermisso scrutinio, nùm eiusmodi febres causa forent, an effectus aliorum affectuum comitum, in illarum curam perpetuò, & solùm incumberet, atque ex obseruatione iniquę istius Methodi tàm grauiter errauit in curatione Serenissimi Domini *Delphini* 47 cuius febris succedanea cum esset diarrheæ, insigne suscepit incrementum ab vsu febrifugi, quæ contrà spontè cessit, vbi impugnata fuit causa affectus, à qua ortum ducebat: Non inficias quidem iuerò, remedium illud omninò efficax esse aduersùs diarrheas crudorum humorum, 48 soboles concoctionis in ventriculo vitiatę, ac

---

47 *Et tamen retulit tunc temporis fama, Serenissimum Delfinum ope remedij Medici Angli à febre fuisse vindicatum.*

48 *Verè conuenit Quinquina in illis febribus, quæ originem ducunt ab humoribus crudis, & acescentibus, vitio Ventriculi congestis, & cumulatis; Conuenit etiam in illis febribus, quæ trahunt origi-*

ac relaxationis fibrarum ventriculi, at verò omninò aduersum est illis, quibus ortum dat viscerũ calida intemperies, incrementum verò irritatio à bile diffusa, cuiusmodi fuit, quæ Serenissimum *Delphinum* exercuit.

Ex prædicta obseruatione colligere est, quantum periclitentur, qui vitam, & valetudinem comittunt fidei eiusmodi hominum, quorum scientia angustioribus limitibus coercetur, quàm vt regulas generales aptè in vsum trahere, queant, & exceptiones commodè deducere, adamussim indicata cum indicantibus componendo.

Illud constat, *D. Talbotium* 49 non strictè semper obseruasse regulas suo præscripto conclusas, quò ad tempus infusionis Quinquinæ, ea ipsa verò de causa censuram meruit, nam preterquam quod fieri, non potest, vt id medicamentum spacio duodecim, quin' nè quidem viginti quattuor horarum amarorem suum omninò in vinum transfundat, omnemque, qua pollet, vim, procùldubio maioris temporis spacio opus est, quo infusio requisitam puritatem adquirat, vt neque fastidium pariat, neque ansam obstructionibus in vasis capillaribus prebeat, vndè occasio plurimis affectibus in non paucis, qui sè huius empirici curę crediderunt, porrecta est.

Ea-

---

originem à lynpha acriori reddita, non ideò tamen' tollitur, quin' etiam vtilis sit in illis febribus, quæ fiunt à Bile difusa, & exaltata; sæpiùs enim vidi enormes Vomitus Materię Biliosę, & Diareas etiam Biliosas vna cum febre, cuius erant producta, & symptomata, ab exhibitione Quinquinæ sedata, & ægros ope huiusce medicamenti fælicissimè restitutos.

49 *De D. Talbotio, quem superiùs dolosum Empyricum nobis depinxit Auctor, & hominem appellauit, cuius scientia angustioribus limitibus coercetur, hæc habet Ioannes Nicolaus Pechlin in dialogo de Potu The: Igitur extulit se antè quattuor annos ex eadem*

An-

Eadem ipſa de cauſa cum illi in mentem nuperimè veniſſet, Quinquinam bolorum forma exhibendi, eoque pacto quoquo modo in vſum iterùm reuocandi priſtinum, & antiquum, illam præbendi, morem, ſcilicet illius ſubſtantiam, non rarò plurimorum morborum ſebre, quam curare intendebat, deteriorum generationi occaſionem ſubminiſtrauit ** neque enim varij ſucci,

---

Anglia homo nouus, repentinus planè Medicus, qui cum ad alia obeunda munera, vel animus deeſſet, vel fortuna, magnum operæ pretium facturus videbatur, ſi certum aliquod, & profuturum Quartanæ, Tertianæque remedium, vel reperire, vel venditare, poſſet, facilè proclini ad credenda, accipiendaue quæuis vulgo; erat autem ille ſucceſſus, vt ſiue ſuo, ſiue alterius ductù, in præparationem inciderit, aut condituram Corticis Peruuiani, quæ cæteris omnibus facilè faſtam faceret, certè ſpecioſiùs promitteret auxilium, itàque vno, vel altero experimento in Anglia animatus Lutetiam ſe contulit Pariſiorum, quod vrbs illa in tanta Copia, & varietate hominum ad quæſtum accipiendum in primis idonea videretur. Vix ingreſſus erat Vrbem, quin' rariſſimæ Medicinæ elogium per præcones indicaret; nec mora, quin' ad auditum noui Æſculapij, miſeri, deſertique Quartanarij confugerent, periculum in ſe fieri tantùm non exoptantes, ſed iam, ſi præcibus relictus eſſet locus, exoraturi. Eccè autem fælicem initio ſucceſſum, & ſiue quod anni illud tempus eſſet, aut fauor Cœli influentis, aut iactatæ medellæ prærogatiua, omnes ex ordine percuratos, hinc ſtatim tota vrbe rumor, & comendatio hominis noui, protrahitur ergò in lucem, & ad ſanationem principum Virorum, imò & Sereniſſimi Delphini, admouetur, ea fælicitate, vt Medicus olim Diobolaris, aut recoctus Pharmacophola, magna auri vi, annuis reditibus, equeſtri Ordine, miror, quod non & ſtatua in foro, quę Antonij Muſæ fortuna fuit, donaretur.

** *Immeritò improbat Quinquinę in ſubſtantia exibitionem.*

ſucci, quibus puluerem ſuum irrorabat, ſufficientes erant, illi vſquèquaque diſtribuendo, adeò vt nulli impingeret parti.

At verò quacumque prçrogatiua gaudeant Infuſiones traditæ in deſcriptione remedij Medici Angli, id prò comperto habendum, ſi quidèm ex dextero illius vſu tantùm pendeat effectus ſalutaris, mirùm non eſſe, ſi illarum effectus aliquandò adeò iniquè reſponderit conatibus prædicti D Talbotij, ſiquidèm nullo habito diſcrimine temporis febris illas porrigebat, nec enim fieri poterat, ut in principio hæc cohiberetur, quin periculi pleni 50 affectus imminerent, id quippè affectus genus, ſi ex rei natura loquendum eſt, nichil aliud eſt, quàm ſpecies quædam criſeos, à natura excitatę ad propellendum extrà vaſa humores crudos, 51 impuros, aut redundantes, quę proinde

---

50 *Circa exhibitionem huius medicamenti, illud antè omnia curandum eſſe, docebat Sydenham, ne prematurè nimis hic cortex ingeratur, antèquam ſcilicet morbus ſuo ſe Marte aliquantiſper protriuerit, neque enim illud ſolum eſt metuendum, ne à præproperò eius vſu inefficax reddatur, & ægri ſpem fallat, ſed etiam ne de ægri vita agatur, ſi ſanguini omni fermentationis niſu ſe deſpumanti, eam derepentè inijciamus remoram, & Ioannes de Muralto ait, priùs humorum impetus, & feruores alijs præſidijs compeſcendos eſſe, antequam cortex exhibeatur, quam pariter fuerunt ſequuti ſententiam Chiffetius, & alij, qui poſt morbi totius ſtatum, in declinatione ſcilicet, exhibendum eſſe concludunt; Contrarium tamen ſuadet Badi, qui ait, in exhibendo Cortice minimè morandum eſſe, adeò vt ne dùm in tertianis febribus, quibus ineſt humor facilior, ſed etiam in Quartanis, quibus humor contumax eſſe, ſolet, cortice quantò citiùs poterat, ſe feliciſſimè exhibuiſſe teſtetur, quod etiam ſuadent Donzellus, Protoſpatharius, & alij.*

51 *Hinc apud Lindanum deffinitur febris, Feruor toties repetitus, & à natura excitatus in ſpiritu, vt ſe impedientem materiam mate-*

indè præmaturè intercipi nequit, quin' illius fermenta in proprijs focis subsistant, quibus de viribus nichil decessit, vndè etiam origo arcessenda est crebrarum recidiuarum, quarum causa 52 præsertim Quinquina in contemptum venit, etsì reuera præstantissimum sit febrifugum.

Neque tamen' abnuò, quosdam casus occurrere, in quibus etiam primo febris insultu, imminentis periculi præcauendi causa illicò febris intercipienda est, at vbi induciæ concessæ sunt, adeò vt affectus ideæ notitiam assequi, licuerit, vtilitas comparata est, qua postmodùm, si non fruaris, periculum imminet, nè eius beneficij possessio efluat è manibus, ideòque obseruandæ sunt regulę iàm pridem à maioribus traditę, quòad vsum Quinquinæ, videlicet nequaquam prætermissa diæta, sanguinis missione, ac præsertim catharsi, 53 quæ, experientia duce, omninò in vsum venire debent.

Cum

---

materiam subigat, & disponat ad excretionem, & excernat quàm primùm possit, & optimè febris nomen deducebat VVillisius non minùs à februo, seu purgamento, quam à ferueo: sanguis enim in hoc morbo efferuescit, & insuper feruore suo, velut mustum reflorescens, à sordibus repurgatur.

52 *Duas potissimas causas assignat D. Sydenam, propter quas in contemptum venerat China Chinę, & damnata in desuetudinem prorsùs abierat; Primò quia paucis horis antè paroxismum exhibita, pro recepto tunc temporis more, ægrum nonnumquam è medio tolleret, secundò quia æger ope pulueris à Paroxismo, alias inuasuro, liberatus, tamen intrà quattuordecim dies, vt plurimùm, recidiuam pateretur, in morbo scilicet recenti, nec dùm temporis cursu, suoque Marte commitigato.*

53 *Minimè Catharsi, multò minùs venæ sectione subducendam esse materiæ febrilis aliquam partem, quò scilicet liberiùs cortex suo fungatur munere, docebat Sydenam, cum enim ab vtroque labefe-*

ctetur

Videat. obseru. 24. trat. 2. Cum purgationis mentio inciderit, illud circà eam omittendum non est, prospero euentu illam in vsum duci antè, & per vsum specifici, & ab ipso vsurpato, dummodò in considerationem veniant regulę sequentes: quotiescumque nihil occurrit, quod impedire valeat, quominùs debitam præparationem suscipiat corpus ad Quinquinæ admissionem, pręparationis istius primum caput est, vt (præmissa vna, vel altera venæ sectione) ritè corpus ægri expurgetur, respectu habito redundantium humorum, & repletionis gradus; si fermentorum actio aliquandò obstare videatur efficacię febrifugi, eaque propter catharticorum exhibitionis necessitas ingruat, ipso eodem tempore, quo in vsum ducitur Qninquina, vis huius intendenda est, aut duplicandæ doses, nè commotis humoribus, forâs educendis, sanguineæ Massę æstus augeatur; Tandem cum remedij vsu dimisso, recidiuas præcauere intendimus ope purgationis, 54 satiùs est, mediocrem hanc institui, & reiterari, quam violentam moliri, & rarioribus vicibus.

Cæ-

ctetur quadatenùs æconomia corporis, eò promptiùs, certiùsque recrudescent Paroxismi, euanescente semèl pulueris vi, huiusmodi sententiam sequuti sunt Donzellus, & alij, quin' manifestè docet Iones, purgantia, & ea omnia, quæ sanguinem exagitant, recidiuas parere, videantur obseruationes appositæ Tractatui subsequenti D Monginot, obseruatio scilicet vigesima quarta.

54 *Muraltus docet, quandòque esse exterminandas febris reliquias, ne eiusdem scilicet recursus habeatur, animaduertit tamen, quod si aliqua euacuatione opus sit, lenioribus Catartaticis cum Laudano, & Cortice immixtis instituatur; quin' ea eligenda suadet, quæ qualitatibus quandam cum Cortice conuenientiam habeant, à vehementioribus autem Catharticis, & emeticis abstinendum ait, nam recidiuas pariunt, impressiones enim à Cortice factas delent, ac destruunt, experimento tamen edoctus fui, neque etiam*

lenιori

Cæterùm cum *D.Talbot*. ambitione impellente remedij vſum vltrà actiuitatis ſpheram protuliſſet, notum eſt, non ſemel ab ipſo exhibitum fuiſſe aduersùs febres continuas, etsì omni carerent & exacerbatione, & remiſſione, vndè perpetua grauium ſymptomatum, imò ſæpiſſimè mortis ipſius ſucceſſio, neque enim vnquã id genus remedij in eiuſmodi febribus vtile eſt, niſi fortè exacerbationes manifeſtæ adfuerint, per plures dies adpareant, ægri per ſingula emiſſaria expurgati fuerint, ac induciæ illis conceſſæ ad collectionem virium, naturæque fatiſcentis inſtaurationem, quò deinceps hæc morbi expurgationi incumbat, quam fruſtrà tentabat, priùſquam id auxilium accederet. *Videat: obſer. 28 2. tract.*

Neque leuior illius error, ad vini vſum ægros quoſcumque impellentis, 55 ac æſum ſolidiorum alimentorum, quouis febris continuę tempore, & in ipſis intermittentis paroxyſmis, nàm etiam sì in intermiſſione, & remiſſione illarum ab eiuſmodi cibum exhibendi ratione actio remedij intendi, & fortior fieri videatur, ęger tamen non parùm opprimitur, quandò Natura totis viribus vehementię mali 56 sè opponit: vnde manifeſtum eſt prudentiam, & ſagacitatem eruditi, & experientia freti Medici, non minùs auxilium conferre in eiuſmòdi caſibus, quam remedia generoſiora & maximè ſalutaria.

Hoc

---

leuioribus pharmacis aluum laxandam eſſe ad recidiuarum præcautionem poſt Quinquinæ vſum, ijſdem enim exhibitis non præcauentur, ſed cauſantur recidiuæ, & ſuperiùs iam improbauimus huiuſce immixtionem cum Catharticis, & ſolutiuis.

55 *Non immeritò huiuſmodi victus ratio improbatur, non enim tales eſt, qualem exigebat in febricitantibus Hippocrates ſec. pr. Aphor. Aphor. xvi.*

56 *Ideò in vigore morbi, quandò ſcilicet natura cum morbo luctatur, victu tenuiſſimo vtendum eſſe, docebat Hippocrates ſect. 1. Aphoriſmorum Apho. 8*

57 *Opia-*

Hoc verò michi superest dicendum, vt manifestum fiat, quàm leuis fides adhibenda sit huiusmodi empiricis, mirùm esse hunc tot succos, & similes nugas præscripsisse compositionis gratia sui febrifugi, cuius præcipuus effectus vni Quinquinæ adscribendus, at verò occultum voluisse vsum opij, cuius tincturæ guttas aliquot sępè numerò suo febrifugo instillabat, quæ proculdubio non exiguum affert auxilium, tempestiuè exhibita, si adfuerint insomnia, deliria, alui fluor, symptomata febribus crebrò assidentia, quorum tumultus semper sedantur ab efficacia præstantissimi huius medicamenti.

Dùm singularia quædam materiam hanc spectantia apparantur, boni consulè, Lector, opiatæ febrifugæ descriptionem, cuius compositionem Quinquina ingreditur, huius effectuum post modùm rationem traditurus, collatione facta cum natura febrium.

Febrifugum præstantissimum.

ACcipè partes æquales pulueris Quinquinæ, foliorum, aut florum Centaurij minoris subtiliter tritorum, & Theriaces, conficè ex his opiatam, 57 de qua sumat æger bis in die pondus sesquidrachmę, sex dierum spatio, superbibendo haustũ vini rubelli optimi, & aquæ plantaginis, vel buglossi. *Ani-*

---

57 *Opiatæ descriptionem, cuius vsus mihi est admodùm familiaris, placet hic subnectere, tantæ enim est efficaciæ, vt nunquam irrito effectu in vsum illam duxerim; Recipè igitur Corticis Peruuiani, Febrifugi seu Chinę Chinæ Dracmas quattuor, foliorum Centaurei minoris subtilissimè Pulverizatorum Dracmas duas, Mitridati optimi Drachmas duas, ex his addito syrupo vel de Absintio, vel de Cortice Citri, vel Aurantiorum fiat massa, ex qua Pilulæ, quarum sex, vel saltem quattuor assumat æger quotidiè superbibendo haustum vini generosi, vel si æger respuat vinum, aquæ, vel Cardui benedicti, vel sonchi, vel alterius stillatitię, etiam sublata febre, ad recidiuæ præcautionem, huiusmodi opiatam per aliquot dies exhibeo, nunquam frustraneo euentu.* 58 *Non*

Animaduersiones circa vsum huius Febrifugi.

PRæstantia alicuius remedij sępènumerò in causa est, vt in contemptum veniat: vnius 58 Antimonij exemplum hùc adduxisse sufficiat, sed prè cœteris Quinquina, & Febrifugum Anglum veritatem hanc vlteriùs confirmant; Quamprimùm fortuna, aut industria arcanum aliquod ad morbum quempiam produxit singularem, adsumit id sibi plebs tanquam bonum publicum, idque sine discrimine, & promiscuè ad quosuis effectus quadrare, existimat, sin deficiat successus certis in casibus (id quod, vt aliter contigat, fieri nequit) protinùs eàdem celeritate infame redditur, quà celebrationem adquisiuit, & hęc sors fuit cunctorum horum recentium febrifugorum, statim ac mirandi illorum efficaciæ effectus adparuere in nonnullis febribus, nemo non panacæas credidit, at verò vbi quid sinistri, nec votis respondentis accidit, in alijs affectibus, quibus non con-

---

58 *Non medicamenti præstantia, sed Chymistarum potiùs audacia in causa fuit, quod Antimonium contemptui haberetur, & stibiata medicamenta essent vel solo nomine horrenda, sibi enim persuaserant nonnulli, solo Antimonio tanquam vniuersali Panacæa, & vniuersali quodam artis, & naturæ deposito omnes, & quoscumque tum internos, tum externos opugnatum iri morbos: at illud idem Antimonium, quod tanquam strenuum morborum quorumcumque domitorem, à Basilio Valentino triumphali Curru raptatum, vidit Duodecimum seculum, illud idem publico ædicto à Curia Parisiensi damnatum, & Stibiata medicamenta tanquam hominum perniciem intentantia, publicè à Magistratibus interdicta, superiori sæculo vidimus, & quod olim audiebat medicamentorum Hercules, Mercurius Vitæ, Aqua Benedicta, diabolicus tandem puluis euasit Antimonium infamarunt adeò, infausti, qui eiusdem vsum consequuntur euentus.* 59 Fer-

conueniebant, indè generaliter illatum, periculi plenum esse illorum vsum: Quamobrem è re esse, credidi, quò omnis scrupulus remoueatur in vsu huius febrifugi, cura adhibita inuestigare naturam Febrium, illarum constituere differentias, easdem indagare, quę huic remedio auscultare non recusent, quibusnam noceat, ac tandem manifestum facere, quanto cum fructu in vsum duci quæat, si modò cautiones necessatiæ adhibitæ fuerint.

In sanguine duo motus adnotantur, alter vniuersalis, qui circulatorius, alter partium, qui fermentatiuus, illius fluiditatem constituens, Febris est fermentatio immodica sanguinis, fermentatio est motus inordinatus partiùm insensilium (*motus intestinùs* 59 *partium insensilium*,) indagandę causę motus regularis istius corporis fluidi, quò ex lege contrariorum inotescant causæ motus irregularis.

A dua-

---

59 *Fermentationis vocabulo nihil rariùs occurrit apud Antiquos tùm Philosophiæ, tùm Medicinæ proceres, inter recentes nullum vsitatum magis, Fermentationis nomen à ferueſcentia deducit VVillisius, fermentum enim, quasi feruimentum indè deriuatum, ait, non conueniunt tamen recentes in explicanda fermentationis essentia, atquè natura, VVieussens Fermentationem appellat aduentitium motum, & exspansiuum partium ætherogenearum, & insensibilium in mixto, absque sensibili causa excitatum, ipsis corpòribus fermentescentibus, cum vehemens est, vel diù perstat essentialem mutationem, vel insignem alterationem inducentem: Ætmulerus Fermentationem, explicat, motum intestinum minutarum particularum, corpus mixtum componentium, ortum à mutua Salium Acidi, & Alkali in se inuicem actione, qua reliquæ omnes, mixtum componentes particulę, variè inter se agitantur & permiscentur, vsque dùm ipsa sequatur, aut vltimà mixti solutio, aut eiusdem alteratio, à salium noua vnione,*

A' duabus caufis pendet, & fouetur vniformitas motus in sanguine, Prima eſt illius quantitas, & ſpirituum ęqualis ſemper tenor, motorum, & impulſorum immediatorum cunctarum partium, quæ totum hoc liquidum componunt; Secunda iuſta proportio earundem partium, tùm quò ad earundem quantitatem, tùm etiam ſitum, hoc eſt, cum corpuſcula ſulphurea, acida, aquea, & terreſtria, non modò æquam quantitatis proportionem obtinent, ſed preterea tam benè inter sè conueniunt, vt nulla lucta, & diſſidium interueniat, motuſque principium obtinent à Spititu, aut materia cœleſti, à qua viuificatur, & agitantur motu regulari, & vniformi: Quamdiù res eo modo geruntur, proculdubio ſanguis in ſtatu naturali, & ſalubri conſtitutus cenſendus eſt, eumque in finem naturæ auctor non modò

ne, aut ſaltem contemperatione dependens, Offmano Fermentatio dicitur, Compages reſſoluta partium mixti ab interno illarum motu, accedente calore externo, inducta ad deſtructionem, vel conſeruationem corporis, à VVilliſio tandem dicitur Fermentatio: Motus inteſtinus particularum, ſeu principiorum cuiuſuis corporis cum tendentia ad perfectionem eiuſdem, vel propter mutationem in aliud, hanc VVilliſianam Fermentationis deffinitionem cæteris præferendam ſemper ſum arbitratus, neque enim fermentatio eſt ſemper motus aduentitius, vti dicebat VVieuſſens, ſed potiùs motum naturalem illam appellare licet, notante Bohnio, à particulis enim naturaliter mixto inſitis, ac ſponte commotis ſine vllo apparatu, ſeu adminiculo artifitiali externo, vt plurimum excitatur, ac promouetur fermentatio, neq; ſemper oritur à mutua Salis Acidi, & Alkali in ſe inuicem actione, vti dicebat Ettmulerus: neque tandem eſt fermentatio compages reſoluta corporum, vti placet Offmano, ſed potiùs per fermentationem reſoluitur compages corporum: adductæ VVilliſianæ definitioni ſubſcribunt Bohn', & Bruno in ſuo Lexico Medico renouato.

60 Im-

dò transpirabile corpus nostrum condidit, quò redundans spirituum copia exhalet, sed & varijs locis viscera filtrationi partium inutilium, & superfluarum, à quibus liquoris huius puritas infici posset, dicata collocauit.

Exindè inferre licet, fermentationis immodicæ sanguinis duas esse causas immediatas, primam superfluam quantitatem, aut motum spirituum iusto intensiorem, quem excitare natæ sunt æstus solis, exercitium immodicum, vigiliç, ieiunia, alimenta calidiora, & spiritibus turgentia, animique pathemata, hinc febres omnes diariæ ortum ducunt, & Synochę simplices, omnium mitissimę, transpiratione solum liberiori reddita curabiles: Altera causa est corpusculorum 60 extraneorum, & fermentandi vi pręditorum, admixtio *(rerum non miscibilium mixtio)* vnde peruerso ordine, & cohesione dissoluta partium sanguinis, seditio in massa sanguinea excitatur, eiusque motus alteratur.

Ex his corporibus, quędam simplicem inducunt fermentationem, quam tandem natura superat, & euincit, alia maligna vi, & venenata insignita sunt, a quibus coagulationes, dissolutiones, & colliquationes massę sanguineę producuntur, quorum nulla omninò emendatio sperabilis est.

A' prioribus ortum trahunt febres omnes intermittentes, erraticæ, & continuę, quas subintrantes vocant; à posterioribus excitantur febres ardentes, pestilentes, malignæ, & purpuratæ: Iàm disquirendum superest, quibus in locis corporis nostri, & quem generationis modum hi humores habeant.

Etsì supra à me enuntiatum, adesse viscera separationi par-

---

60 *Immodicam concipit fermentationem sanguis ex VVillisio, vel ob rei non miscibilis confusionem, vel ob spiritus, vel etiam sulfuris euecti efferationem.*

61 Non

partium sanguinis redundantium destinata, cùm non semper illa ex naturæ lege fungantur offitio, siue ob vitium proprium, siue ob nimiam quantitatem illarum partium, quæ naturæ graues, à rapido circulationis motu deferuntur, non secùs ac quisquilias torrentis impetus secùm abripit: At verò si, vti in amne, occurrat recessus, in quo aqua tranquilior sit, cunctæ hæ quisquiliç illuc corriuant, & hærent, eodem modo si corpora eiusmodi hæterogenea ab arteria cœliaca deriuantur in ramos venç Portæ, in qua circulatio lentiori motu peragitur, quam ideò conferre licet cum palude, vel stagno, cuius aqua motu destituitur, sì comparatio instituatur cum cœteris vasis, ibi loci cum debito motu non agitentur, inuicem complicantur, cohærentque, obstructiones inducentes, & causas primitiuas febriũ omnium secundi ordinis, nonnunquam, sed rariùs, tertij, sicuti id à me mox tradendum est.

Sanguis diutiùs in loco aliquo immotus consistere nequit, quin' acorem illicò contrahat, spiritus, qui perpetua mobilitate vigent, secedunt, ac primò secùm abstrahunt partes volatiliores, demùm sulphureas, à quibus obtundebantur salium aculei, ac quasi vincti detinebantur, quo fit, vt corpuscula illa, cum libera, suique iuris sint, neque quidquam illorum mobilitati compedes iniiciat, diuellantur, & massæ sanguineæ confundantur, illam subigentia, fermentantia, & in tumorem attolentia, donec disgregata, & in sero sanguinis dissoluta, extrà per vias ordinarias dispellantur, vel cum cœteris partibus adeò iterùm illis conueniat, vt deinceps nullum tumultum inferant, pristino consortio reddita.

Ex huius systematis positione, nihil in febribus contingit, cuius non rationem reddere, facile sit; obstructio, & fermentum in illa parte superstes, quam vocant focum, 61 redditus periodicos

61 *Non conuenit inter scholæ Gallenicæ proceres de huiusmodi foco,*

riodicos inferunt, modò celeriores, modò tardiores prò humoris acescentis crassitiæ, vel tenuitate; Focus duplex geminatas intermittentes parit; sed horum aliquandò numerus adeò insignis, vt, nullis concessis inducijs, febres continuæ suboriantur, quas subintrantes nominare, licet.

At verò nonnunquam accidit, salia eiusmodi acida, siue à diuturniori mora, siue à calore intensiori viscerum, corrosionis gradum sibi comparare sat' intensum, eò vsque deductum, vt veneni indolem induant, à quo æconomia sanguinis omninò violatur, vnde ortus eiusmodi febrium, quas generico nomine vocant Malignas, etsi quidèm febrium eiusmodi causa plerùmque sint salia arsenicalia aeri, quem inspiratione haurimus, inspersa, vel in alimentis ingerendis latitantia, infrequens porrò est,

---

foco, neq; enim in hac re sibi constat Galenus, qui lib. de Maras. Cap. 7. focum febris appellat eam animalis particulam, quæ prima in solida sua substantia fuerit immodicè calefacta, x 1. Method. Cap. 2 focum febris appellat partem, quam vel obstructio, vel putredo, vel inflamatio obsederit, & alibi tandem focum febris appellat partem illam, in qua putredo subsistit, hęc enim, dicebat ipse, veluti in foco quodam principium febris in se continet. Petrus Michael Heredia in suo syntagmate vniuersali de febribus hanc rem eruditè satis examinat, & quærit 1. quid sit focus, deinde an in omnibus febribus sit admittendus, tandem an in omnibus repetentibus duplex, vel vnus focus sit; quoad primum ait, quod sicuti in externis appellatur focus ignis, locus determinatus in quo ignis accenditur, aut seruatur ad nouam reaccensionem, sic in corpore febrienti focus febris dicitur pars, in qua primò calor febrilis accenditur, eò quod in se principium febricitandi contineat, sibi postea parùm constans paulò infrà focum febris appellat partem corporis determinatam, in qua vitium firmum & stabile datur, ratione cuius calor per totum disseminatur, & rursùs paulò infrà ait, febris focus dicitur locus ille,

eſt, vt calor noſter natiuus, qui mitis eſt, in corpore noſtro id prȩſtare queat, quod chimiſtarum vehementiſſimus ignis in vaſis illorum efficit, eà propter addidi, hanc eſſe infrȩquentiſſimam huiuſmodi febrium cauſam.

His principijs conſtitutis, cenſeo hoc remedij genus inutile eſſe in prima febris ſpecie, periculum inferre in tertia: inutile dixi ratione primæ, quia vt plurimùm ſpontè deſinunt, periculoſum eſſe in tertia ſpecie, quia corpus venenatum, quod nullo modo ſubigi poteſt, & ad frugem deduci, nunquam figi debet, quin potiùs expelli, quam citò licet, & eliminari per ſudores, alioſue excretionis modos; hoc autem conſtituo, remedium id omnibus indicationibus in cura febrium ſecundi ordinis ſatisfacere. Ex-

---

ille, in quo prima radix febricitandi inuenitur, quia nimirum in illo calor febris priùs accenditur: multipliciter igitur ex Galeno, & Heredia focus febris accipi poteſt; vel enim febris focus eſt illa pars, in qua calor febrilis primò accenditur, & toto tempore accenſionis materia exurritur, & in hoc ſenſu Cor erit ſemper febrilis caloris focus; ſiue enim dicatur cum Galeno in Coment. Aph. lib. 1. Com. 14. & in comm. de Ratione Victus comm. 18. febris conuerſio natiuæ caliditatis ad igneā, cum natiuæ caliditatis focus ſit cor idem erit etiam extraneæ caliditatis, caloris febrilis ſcilicet focus, ſiue concedatur Auicennæ, quod febris ſit calor extraneus accenſus in corde, ac indè per arterias, & venas in vniuerſum corpus diffuſus, adhùc cor erit caloris febrilis focus, in illo enim primò calor febrilis accenditur, & poſtea ab eo in totum corpus diſtribuitur, neque in alia parte, quam in corde, poteſt calor febrilis accendi: vel focus febris eſt illa pars corporis determinata, in qua vitium firmum, & ſtabile datur, ratione cuius calor febrilis poſtea accenditur, vel vti dicebat Galenus, quæ principium febris in ſe continet, cauſam ſcilicet, ratione cuius febris accenditur, & in hoc ſenſu focus febris dici debet illa pars, vndè cruoris maſſȩ ſuggeritur febrile fermentum, ſiue po-

Explicatio à me tradita harum febrium, quas nomine generico intermittentes vocaui, quattuor intentiones ad earum curam suppeditat; quarum prima est, vt sistatur fermentatio, secunda quod figatur, & corrigatur acidum illius causa, tertia dissoluantur, attenuentur, & quaqua versũ expellantur humores crassi, obstructionum fomites, quarta tandem restituantur corpuscula sulphurea, & oleaginosa, sanguinem antea temperantia, durante illius ebullitione absumpta. Pri-

---

postea acidum illud sit, siue amarum, siue alterius saporis, & indolis: cum autem mea sententia febrile fermentum potissimùm suggeratur è glandulis, in quibus, plurimis motus rationibus, potissimam illarum febrium, quas humorales appellant, causam querendam esse, superiùs, docebam, hinc est, quod glandulas siue Pancreatis, siue Mesenterij, siue alias quascunque succos sanguini suggerentes, febris focos, vt plurimùm esse, affirmare non dubitem, & indè potiùs, ex diuersa scilicet indole, atque natura extranei fermenti, quod ab vna quaque suggeritur glandula, tot illas diuersas febrium annomalias, tot diuersa synptomata, statas periodos, atque diuersos circuitus deriuare, quam ex diuersa Bilis, & Pituitæ putrescentis natura, ex diuersa huiusmodi humorum inter se putrescentium mixtione, & mixtionis proportione, & diuerso putredinis modo, gradu, & vt cum scholæ Galenicę nonnullis loquar, diuersa putredinis energia: an autem in omnibus febribus detur huiusmodi focus, quod secundò quærebatur ab Heredia, videtur sanè pro parte affirmatiua standum esse, nam licet adhùc non semper suggeri è glandulis fermentum febrile concedamus, sed aliundè cruoris massę suppeditari, vndè feruorem concipiat, quemadmodùm in vomica, & vlcere Pulmonum, vel alterius cuiuscunque partis abscessibus, adhuc illa pars, quæ vomica, vlcere, & abscessu obsidetur, erit febris focus, an verò vnicus semper sit febris focus, an verò multiplex in febribus, quod tertiò ab Heredia quærebatur, in hoc eidem assentiri minimè possum, qui vnicum tantum focum admittit in febri-

Primò Æstus febrilis sanguinis sufficienter compescitur ope partium terrestrium, & stypticarum *Quinquinæ*, *Centaurij minoris*, *& Opij*, quod Theriaces compositionem ingreditur, secundò nullus dubio locus, tot egregijs experimentis prçgressis, quin' Qninquinæ sal fixum verum sit çorrectiuum acidi fermentatiui febrilis, tertiò ex ingredientium multiplicium farragine, quæ Theriacam componunt, nullum reperire est, quod non vel per sudores, vel per vrinas inquinamenta sanguinis propellat, tandem fidem faciet, *Centaureum minùs* apprimè idoneum esse restituendis partibus suphureis sanguinis, dissipatis fermentationis vi, si illius vis insignis in consolidandis vulneribus perpendatur, si & illud in mentem venerit, partium diuisarum coalitum ope solius sulphuris balsamici, *62* & vnctuosi, quo plan-

---

bribus tertianis, quartanis, licet duplices, vel triplices sint, nam focos diuersos in huiusmodi febribus, hoc est diuersas extranei fermenti scaturigines admittendas esse, docent Paroxysmorum diuersitates, quorum alios alternis diebus grauissimos, diebus verò intermedijs placidissimos obseruamus, deduci etiam potest ex diuersa symptomatum concomitantium ratione, videmus enim quandoq; in duplici tertiana febrem alternis diebus cum maximo frigore v.g. inuadere, cum dolore capitis, compressione cordis, cardialgia, & alijs huiusmodi, diebus verò intermedijs absq; vllo frigoris sensu inuadere, nullisq; ex prænarratis symptomatibus stipari, sed potiùs alijs commitatam, nimirum vel vomitu, vel delirio, vel sopore graui, ex quibus diuersam fermenti indolem, & per consequens diuersam causæ morbificæ scaturiginem, vno verbo diuersitatem foci inferre, manifestè licet.

62 *Vulnerarium præstantissimum esse Centaureę succum, & maximis pollere viribus in aglutinandis, & consolidandis vulneribus, docet Auctor illius libelli, qui de Virtute Centaureæ inscribitur, & Galeno adscribitur, vbi Auctor diffusè admodùm explicat huiusce*


planta hęc fæcunda est, perfici; Vinum, quod immediatè à sumpta Opiata superhauritur, effectum illius proculdubio coadiuuat, si præsertim spiritus vini feruor, & actiuitas à mixta aqua plantaginis (quam hoc in casu aquæ buglossi prætulerim) retusa fuerint.

Nequè tamen ideò remedia vniuersalia artis, & ordinaria respuo, quinimò id ratum habeo, venæ sectionem initio semel factam, aut iteratam, prò virium modulo, & ægri plethorica constitutione necessariò requiri, tàm vt secundo flumine decurrat sanguis per vasa, quàm ad sedationem doloris capitis, & vitandam angustiam, ac oppressionem, quàm sanguis vi fermentationis rarefactus in transitu per vasa capitis cappillaria, & pulmonum parere, aptus natus est: Remedium porrò hoc exhibendum non esse, quin' priùs ope *Cassiæ* dissolutæ, aut electuarij catholici inquinamenta imi ventris, illius effectibus impedimento futura, educantur, ac tandem, quandòquidem Massa sanguinea, non secùs ac cœteri liquores, dum feruore cientur, versùs mesenterium copiam sordium, & fæculentarum partium, quasi spumam quandam exspuit, necessarium esse, declinante morbo illas educere, præcauendæ ergo recidiuæ, imò grauiorum affectuum.

---

vires prò Vulnerum curatione, & præcipuè prò ijsdem consolidandis, & tandem concludit, ego autem vsus sum in Cura duelliorum hoc Pharmaco, proiciens fascias, & ligaturas, & vtens hoc pharmaco solo, vsquè ad consolidationem.

1 Non-



Cum ex aduersarijs Domini Primarij Regis Medici, & animaduersionibus prægressis, cònstet, Opium non inutiliter admisceri remedio Medici Angli, cæterisque febrifugis homogeneis, non dubito, quin' Lectori grata sit futura historia præstantissimi illius medicaminis.

OPII

OPII HISTORICA DESCRIPTIO.



Pium etiam hodierna die à plerisque populis Orientalibus Ofium 1 nominatur, Grecos imitatis, qui vt plurimum litteram P. in F. commutant, succus est expressus ex capitibus Papaueris

1 *Nonnullis etiam Afion dicitur, Anphiam Lusitani appellant, Turcæ Maszlach, notante Matthia Tillingio in suo tractatu de Laudano Opiato, an' autem Maszlach sit Opium, seu potiùs compositum aliquod medicamentum, cuius basis sit Opium, an verò medicamentum aliud ab Opio, & Opiatis omnimodè diuersum, dubitarunt nonnulli, Scalliger enim exercit. 175, sect. 1. VVierus lib. 3. de Prestigijs Dæmonum cap. 18. in ea fuerunt sententia, quod Maszlach sit compositum quoddam medicamentum, cuius basis Opium sit: Gulielmus Quacelbenus in quadam sua Epistola ad Mattiolum compositum quidem medicamentum esse Maszlach apertè docet, an' verò eiusdem compositionem Opium ingrediatur, nequaquam explicat, Leonardus Turneisserus negat absolutè, Maszlach Opium esse, seu medicamentum aliquod ex Opio compositum, sed ait esse gummosum succum, seu lachrimam Ceruariæ, quæ planta colligitur potissimùm ad radices Montis Libani, & Maszlach appellatur, vndè postea nomen Maszlach deriuatum, & gumoso plantæ succo impositum, idem postea Hist. Plant. lib. p. Cap. 29. docet, quomodò huiusmodi lachrima, seu succus à solis Sacerdotibus Maumetanis colligitur, quibusdam obseruatis superstititionibus, & præcipuè notatis quibusdam sijderum aspectibus: his tamen non obstantibus doctissimus Sener-*

paueris 2 albi, *Gartias ab Horto* eiusmodi capita sesquisextarij
prè

---

tus Pract. Med. lib. p. Part. 2. Cap. vij. ex Bucretij, & Poterij testimonio manifestè docet, nihil aliud esse Maszlach *quàm Opium, seu peculiarem quandam Opij præparationem, quod etiam ex eo inferri posse, videtur, quod ea omnia, quæ prædicant de* Maszla h *Turneisserus, & Quacelbenus, optimè conueniunt cum ijs, quæ de Opio omnes ferè refferunt Auctores; de* Maszlach *enim hęc refert citatus Quacelbenus:* Maumethani sua lege vini potu prohibiti diuersi generis compositiones, inter quas communissima est, quæ vulgò Maszlach dicitur, meditati sunt, quibus non dissimilem ebrietati mentis alienationem sibi inducere, consueuerunt, atqui nec istam tantum, verùm immanem quoque aliquandò insaniam, quam ad ponendam nunc animi mæstitiam, nunc ad fugandum suborientem in rebus difficilimis pauorem conducere, opinantur. *Turneisserus autem ait*, Maszlach apud Turcas vndèquaque locorum in prætio maximo habetur: hi enim quoties prælio conflicturi, vel oppugnationem aggressuri cum sunt, ad accēdendos fortitudine animos frequenter, & largè eo vtuntur, etenim, aqua multa resolutum si summatur, efficacia presentanea spiritus animosos concitat: *quæ omnia de Opio etiam prædicantur, ex Opio enim Turcis ebrietatem esse ità familiarem refert. Bellonius, vt' in prouerbio dicant*, Opium comedisti: *pręterea inquit Bellonius*, Opij manducandi consuetudo iàm dudùm inualuit apud Turcas, illius enim æsu animosiores se fieri, neque pericula formidare, existimant, *quapropter cum VVechero, Renodeo, Tillingio, & alijs concludendum esse mihi videtur, nihil aliud esse Turcharum* Maszlach *quàm Opium, illudque potissimum, quo vtuntur Ianizzeri, esse peculiarem quandam Opij præparationem.*

2 *Ex Adamo ZaluZanio Papaueris satiui succus est, & liquor gummeus scapo inciso genitus, Schrodero Lachrima est., quæ stillabat ex capitibus Papaueris, dum maturescebant, leuitèr incisis.*

3 *Con-*

prè magnitudine 3 capacia esse, refert: Papauera nostratia succum etiam nùm fundunt, qui concretus Opij quandam speciem prębere potest, 4 at eo, qui ex Orientalibus regionibus ad nos defertur, minùs efficacem: Aucthor *Medicinæ Pauperum* præparationem illius non difficilem tradit, iubet capita Papauerum nostratium contundi exeunte Maio, macerari in vino albo per quindecim dies, demùm liquorem expressum ad debitam consistentiam per euaporationem deduci. *Prauōtius.*

Genuinum opium Indicum ex regionibus 5 orientalibus transfertur, *Garcia ab Horto*, & *Christophoro à Costa* testibus: Papauera, è quibus extrahitur, in Egypto 6 familiariter nascuntur, eà propter Mercatores nostrates plurimùm sibi comparant ex noua Memphi, id genus præstantissimum est, vocaturque Opium 7 Thebaicum.

Præ-

---

3 *Confirmat Bontius huiusmodi capita Papauerum sextarium Aquæ cum dimidio intrà se continere, posse.*

4 *Modum conficiendi Opij ex nostro Papauere hortensi docet Quercetanus in sua Pharmacopea Dogmatica restituta Cap. 24, quam Opij conficiēdi rationem laudat Ettmulerus in Schrodero dilucidato, quin' Opium apud nos præparatū, præferendum ait illi, quod aliundè adfertur, eo quia adulteratum, & multis quisquilijs permixtum ad nos defertur.*

5 *Potissimùm ex Cambaia, & Decan, vndè Opium Cambasianum, quod cæteris præstantissimùm, & magis vsitatum dicebat Schroderus.*

6 *Notat Bellonius, quod Turcæ agros Papauere albo conserunt, vti nos tritico, sed ea consideratione, ne singuli Rustici plùs serant, quam familiam habeant, ad id colligendum sufficientem.*

7 *Olim optimum mittebat Opium Thebaica Regio, Egypto contermina, vnde Opium Thebaicum, hodiè ex Cayro Egypti, &* Adena, *tractu Arabiæ ad Mare rubrum sito, insuper & Syria, & ex Alexan-*

Prætermiſſo Opio ex Papauere, quod Gallia Narbonenſis ſuppeditat, parabili, imò eo, quod in Italia conficitur, in tres 8 ſpecies diſtingui poteſt ex Indijs allatum, quoddam enim album eſt, quod Indi ſibi reſeruant, ſolà extillatione elicitum ab inciſis capitibus Papauerinis, cui ſpeciei *Opij* nomen peculiariter inditum, ſecundam enim Opij ſpeciem quod ſpectat, colore nigri, expreſſione educti, *Maconium* id vocabant, 9 Opij tertia ſpecies flaueſcit, ab ſucco ſcilicet glaucij addito adulterium ſemper paſſum, cuius herbæ folia Papaueris cornuti folijs ſimilia ſunt, amara, & tetri odoris: fraus detegitur, ſi id genus Opij in quopiam liquore diſſolutum fuerit, ratione enim huius ſucci

---

xandria aduehitur; narrat Bellonius, ex relatione Mercatoris Hebræi quolibet anno ex Paphlagonia, Cappadocia, Gallatia, & Cilicia tantùm Opij efferri, quantùm onus quinquaginta Camellorum importat.

8 *Ob diuerſitatem Regionum ex quibus adfertur, triplex Opium, colore diſtinctum conſtituit Schroderus:* Album, *quod affertur ex Cairo,* Nigrum, & durum *ex Aden,* Flaueſcens *magis, & mollius, quod ex Cambaia, & Decan,*

9 *Inter Opium, & Mæconium hęc conſtituitur differentia, quod Opium Lachrima eſt, quæ ſtillauit ex capitibus pauperis, dum matureſcebant, leuiter inciſis, Męconium verò ſuccus ex ijſdem expreſſus. Ratio conficiendi Opium apud Turcas talis eſt, referente Bellonio, Capita Papauerum recentia, grandia, immatura, ſucco tamen plena, cultello in Aſteriſci formam leuiter incidunt, vndè liquor lacteus continuò emanat, ac identidèm concreſcit, quem digito in ſubiectam conchulam abſtergunt, id que tandiù continuatur, quandiù Vulnus liquore plorat, & ex nouitèr inciſis recentes lachrimæ coaleſcunt: Męconium autem tali pacto ex Dioſcoride prępatatur, Papauerum Capita cum folijs contuſa torculari exprimuntur, mox in Mortario terètes peſtilli effarmantur, Pauperes autem*

fucci glaucij flauefcentis 10 tincturam croci perpetuò refert.

Probæ notæ *Meconium* (hoc eſt Opium ſecundæ ſpeciei) 11 debet eſſe nigrum, amarum, linguam leuiter feriens, ingrati odoris, purum, ſolidum, graue, inflammabile, intùs lucidum, sì recens fractum ſit.

Apud Europæos ad Medicos tantùm vſus transfertur, ſed præterea Medicis noſtratibus tam cautè in vſum venit, vt venenorum 12 cenſui illud adſcribere, videantur, etiam pernitioſiſſi-

---

autem inter Tucas, notante Bontio, & Plempio viliorem Opij ſpeciem ex folijs, & Stolonibus Papaueris ſibi præparant, illa ſilicet excoquunt, poſteà ſoli induranda exponunt, & hoc Pauſt *vocant, & qui eò vtuntur, contumeliæ ergo,* Pauſti *à ditioribus nuncupantur.*

10 *Notandum tamen eſt, quod Opium Cambaianum croceam ferè tincturam oſtendit, nequè tamen de Glaucio admixto ſuſpicio haberi, poteſt, quandò Glaucium in Cambaia creſcere, nullus ſcriptorum hactenùs aſſeruit,*

11 *Opij Cambaiani optimæ notæ illæ ſunt ex Schrodero, quod ſit ponderoſum, denſum, inflammabile, ardens (non atra tamen flamma) odore ſoporiferum, ac graueolens, ſapore amarum, & acre, colore ad Aloen accedens, cum frangitur, ſplendore quodam nitens, facilè ſolubile.*

12 *Omnium ferè Medicorum Votis Opium olim inter venena repoſitum fuit, videatur Tractatus Matthiæ Tillingy de Laudano opiato, ibi enim diffusè admodum Auctorum placita expenduntur, & æquidem negari non poteſt, quin Opium crudum, non legitimè præparatum & correctum ſpiritibus animalibus inimicum, & infeſtum ſit, ſiuè intra Corpus adſumptum, ſiuè externè aplicatum non ideò tamen inter Venena conumerari debet, præterea data etiam Opij venenoſitate, aduch conſtat, quod correctum, & legitimè præparatum medicamentum ſit præſtantiſſimum, ac vtiliſſimum.*

13 *Quod*

tiosissimorum, etsi inter medicamenta, 13 & saluberima, & mirandi effectus reponi debeat. Affricani autem, & Asiatici in creberrimo illud habent vsu, tàm in aduersa, quàm prospera valetudine, plerique enim illud adsumunt dosi tàm insigni, vt ad quadraginta, imò quinquaginta grana plerumque ascendat, sed & nonnumquam ad drachmas quattuor, vel quinque, sì fides *Gartiæ ab Horto* habenda sit, hoc verò maximè admirationem meretur, quod si ab eo abstinere contingerit, in vitę discrimen adducantur, 14 nisi ad vinum confugiant, cuius vsu Religione interdicuntur: Ad frequentiorem vsum impelluntur hoc fundamento nisi, quod indè viribus robur accedere 15 animaduertant, ea propter Turcę fræquenter ad insolentem dosim

---

13 *Quod tamen de Opio correcto, & emendato intelligi debet, nam & qui Opio familiariter vtuntur, Opio correcto, & emendato vtuntur,*

14 *Turcas Opio assuescere adeò, vt Vitæ periculum subeant, si eo destituantur, narrant Texeira, Garzias ab Horto, Christophorus à Costa, & Philippus Iacobus Sachs, quod etiam notant alij, & precipuè Ettmulerus in Comentario Ludouiciano, quin Clauderus Miscellan: German anno 5. decur: 2. affert exemplum Germani cuiusdam militis, qui Opio assueuerat adeò, continuato nimirum per Menses decem & octo, pro leniendis atrocissimis doloribus, eiusdem vsu, vt si quandòq; naturæ adsuetæ hoc denegaret solacium, statim antè fores essent vigilię, maximi dolores, & alui fluxus.*

15 *In maximo vsu apud orientales nationes Opium esse, seu potiùs maximum esse eiusdem apud huiusmodi Nationes abusum, conueniunt ferè omnes auctores, in quem finem copiose adeò Opium ingerant, non omnes conueniunt, supponunt nonnulli Turcas, vt præliorum pericula eò audaciùs subeant, illud frequentissimè deuorare: referunt alij, Orientales populos Opio frequenter adeo vti, vt in Veneris castris strenuuiores fiant, facultatem enim roborandæ Veneris, &*

dosin ascendunt, sì dimicandum, & cum hostibus 16 congrediendum.

Vtùt verò sit, cum dolore nullus infestior hostis occurrat hominibus, ideòque nihil æquè illis curæ esse, debeat, quàm quod

---

& libidinis excitandæ Opio concedunt non solum Mosis Charas, sed & Ioannes Raius, & Ioannes Iacobus Saar nouenali Indię peregrinatione celebris, in suo enim itinerario Indiæ Orientalis narrat, apud Chinenses familiare esse quoddam Electuarium ex Opio paratum, quo vtuntur ad excitandam venerem, cuius vsu adeò Veneris æstro irritantur, vt per totam noctem ei litent, sæpè aufugentibus, nec vlteriorem vim sustinentibus scortis, hoc idem testatur Olearius in itinerario Persico: sed Opio abutantur Orientales nationes siuè in eum finem, vt strenuuiores fiant in Bello, siuè in Veneris Castris, siuè alia ratione, certum est, quod impunè illud assumunt, & quod in ipsis spiritus excitat, vires addit, & ad subeunda quęquæ belli, & pacis pericula paratiores facit.

16 D. Ioannes Baptista Syluagius Genuensis, Republicæ Venetæ olim apud Turcarum Imperatorem interpres, negat quod Turcę prælium inituri Opium, vel Maslach deuorent, quò animosiores se morti opponant, imò è contra grauissimè prohibitum est, ne quis prælium acessurus quidquam earum rerum vel degustet, quæ mentem quocunque modo turbare, queant, nonnulli æquidem iter facientes Opium aßumunt, vt hilariùs tempus perdant, fessique redeuntes suauiùs dormiant, aiunt enim post eius vsum, sibi somnia iucundà obijci, & Choreas potissimum sibi videri, at non impunè eius vsui indulgent, si enim sæpiùs id aßumant, insensati quasi redduntur, minùsque quàm antea animo valent; tristes fiunt toto vitæ tempore, & ad omnia obeunda munera inabiles redduntur, hinc qui animo nobiliori prędit, & ad res gerendas nati sunt, Opij vsum tamquam rem infamem, & impiam execrantur & reliquis Opij vsum exprobrant, da hac re videatur Philippus Iacobus Sachs loco cit.

17 *Dice-*

quod ab illo eos liberare, valeat, ideò à nonnullis Opium diuinum remedium vocatur, in leniendo enim etiam intensissimo 17 dolore carminis vice est, lenem, & tranquillum somnum accersendo, spirituumque efferatorum tumultum, ac corpusculorum igneorum excandescentiam tanta efficacia coercendo, vt obtundat aculeos, & morsus omnium succorum, originem orgasmo illi præbentium.

Prisci mirandos illos effectus intuiti, vim eius collocarunt in fixatione quadam, quam frigidæ qualitatis sobolem commenti sunt, rati itidem, dissolutiones omnes calido esse adscribendas.

Neoterici è contrà 18 soli natalis habita ratione, odoris, penetrandi vi præditi, facilis in optimo vini spiritu solutionis, censuerunt, naturæ procul' dubio esse resinosæ, sulphureæ, ac pròinde indolem sapere mixtorum, quibus qualitas calida assignatur.

Qui-

---

17 *Dicebat in sua Methodo medendi Vualleus, in plerisque affectibus Medicum nihil agere, quàm doloris mitigationem, Dolorem Medici sustentaculum appellabat Medicus quidam apud Camerarium; quot enim vel posthaberent, vel segniùs Medicam implorarent opem, nisi dolor excruciaret.*

18 *De Opij caliditate, vel frigiditate maximè controuertitur, vti videre est apud Zacutum, Plempium, Freitagium, Tillingium, & alios: Plurimi enim cum Libanio, Zacuto, Doringio, Mattiolo, & Schrodero calidum probant ex inflammabilitate, amarore, & acredine, exulcerandi vi, Alij cum antiquis frigidum asserunt, eò quòd vitalem calorem oprimit, somnum profundum inducit, & sensus omnes cùm internos, tùm externos stupidos redit,* gelationem artuum facere, *dicebat Scribonius Largus, Forestus ait per suam frigiditatem spiritus condensare, & cursus eorum per venas prohibere, inutilem tamen quæstionem hanc existimat Schroderus, nam siue*

ca-

Quidam tandem ex nuperrimis scriptoribus, dissidium hoc compositur, duplicem in illo finxere substantiam. frigidam vnam 19, à qua narcoticam, & stupefactiuam vim nactum sit, alteram calidam 20, quæ volatilitatem necessariam, qua ad cerebrum vsque defferatur, illi conciliet.

At

---

calidum, siuè frigidum, sit nunquam in tanta dosi vsurpatur, vt indè nocuæ caloris, vel frigoris impressiones persentiri possint, quin Schroderi illustrator Hoffmanus Narcoticam Opij Vim aliundè quam ex calido, & frigido, aut etiam ex amaro, & sulfureo querendam esse, dicebat, ex seminali potestate silicet, quà agit, quod à Patre Luminum agere, iussum est: occulta quadam vi, & facultate narcoticam indolem Opium exerere, probat Tillingius illustrium Medicorum plurimorum testimonio, & citatus Sachs nec à calida, nec à frigida facultate vires suas habere, sed specifica totiùs substantiæ proprietate operari, contendit; & Ioannes Raius expositis priùs miris adeò, quos præstat, effectibus, ait, hoc efficit non frigiditate sua, vt nonnulli volunt, sed qualitate hactenùs incomperta.

19 *Matthias Tillingius frigiditatem validiorem, & contumacem, caliditatem verò leuiorem, & fugacem in Opio admittit, è contra Mosis Charas ait, deceptos admodum illos fuisse, qui substantiam frigidam Opio assignauere, plurimo enim abundat sulphure, quod propria indole calidum est, & flammæ capax.*

20 *Quercetanus Pharmacopeæ dogmaticæ cap. quarto à fulfure quodam inflammabili, fœtente, & indigesto, quò plurimum abundat, narcoticam, & soporiferam Opij qualitatem deducit, nam & fumus sulfureus carbonum, & vapor sulfureus tam croci, quam vini facilimè in somnum profundum, atque letheum hominem præcipitant; Zuueflerus paritèr animaduers. in Pharmacop. August. Narcoticam Opij vim in sulfure vaporoso, fętido, ac venenato delitescere, ait, quibus assentitur citatus Charas, qui plurium Opij effectuum auctorem facit sulphur eidem ingenitum, nescio quas tamen a-*

fri-

At cum vtrique à cognitione veri aberrauerint, quòd propriam Opij naturam perſpectam non habuerint, hoc eſt numerum, qualitatem, & quantitatem principiorum elementarium Opij conſtitutionem ingredientium non indagauerint, omninò neceſſe eſt ab illa via ad aliam deflectere, quò mirabilis huiuſcæ mixti proprietates adamuſſim explorentur.

Eà propter, cum Opium accenſeatur ordini medicaminum amaritiæ inſignium, è re eſſe videretur examinis initium ducere ab inquiſitione principiorum huius qualitatis, at cum ſat' fusè hanc rem pertractauerim, cum michi de natura Quinquinæ fuit ſermo, eò lectorem remittere, ſatiùs duco, quàm crambem illam recoquere, eamque faſtidioſam, & inutilem.

Interim, vt tranſitus fiat ad ea, quæ Opij naturam ſpecialiùs componunt, hoc eſt ad ſingularem diſquiſitionem ſignorum diſtinctiuorum, per quæ à cæteris rebus amaris diſcrepat, quandòquidem illa diſtinctio fundamentum habet in eo, quod ſimul vim figendi obtinet, ac proindè febrifugum eſt hypnoticum, ideòque anodynum, illud perpendendum quomodò in ſanguinem, & ſpiritus agat, vt hinc adeò mirandi effectus prodeant.

Ad comparandam lucidiorem ideam, obſeruandum venit motum particularem partium ſanguinis, in quo fluiditas eius ſita eſt, neceſſariò impedimento eſſe motui totius maſſę, quandò

frigidas qualitates in eo comminiſcitur, quibus Narcoticam vim tribuit; in ſale è contrà anodynam huiuſmodi vim latere ſtatuit Gregorius Horſtius, quemadmodùm & Ettmulerus, qui in quoddam ſale volatili acri, & oleoſo Narcoticam Opij vim reponit; ex ſulfure cum ſale fixo, & materia tereſtri ſimul combinatis Narcoticam Opij vim deducit VVilliſius in Pharmaceutic. Rationali, Olaus Borichius tandem ſoporiferam Opij vim ab oleoſa eiuſdem ſubſtantia proficiſci plurimis experimentis euincere conatur, concedit tamen actuoſiorem redditam ſale, & ſpiritu.

21 *Quid*

dò præter naturæ leges in motum cietur à causis fermentatiuis, eò quòd eædmmet partes tunc temporis violentiùs agitatæ, & quaquaversùm dispersæ inequali impetu, & inordinato cientur, ideòque quodamodò obsistunt actioni spirituum, prȩcipuorum sanguinis motus aucthorum, vndè pendet deprauatio motus illius circularis, quæ prò intensionis, aut remissionis gradu febrem inducit, insomnia, phlegmonas partis alicuius, atque effusionem succorum acrium, & mordacium, à quibus omne doloris genus deducendum.

Eadem autem deprauatio cum amarorum ope emendari, queat, sicuti à me ostensum, cum de Quinquina sermo mihi esset, inter mixta autem, dicta qualitate prædita, ea quȩ debiliora sunt, imperfectè tantùm agant, quæ verò validiora humores citatiùs moueri, faciant, nèdum figant, ea tantum, quæ intrà mediocritatis terminos illa vi pollent, cæteris efficatiora sunt, jisdem deprauationibus emendandis, Opium igitur, quod modica amaritie donatum est, sanguini motus sui vniformitatem adeò agregiè restituere, valet, ac proindè tranquilitatem spiritibus, ob quam exulant & vigiliæ, & dolor.

Porrò cum excitentur nonnumquam phlogoses, partibus infestæ, caput autem nominatim ob frequentiora studia, & graues curas illis frequentissimè obnoxium sit, vndè vigiliæ, quarum causa potiùs à spirituum orgasmo, & irritatione accerssendà videtur, quam à deprauatione motus sanguinis, reuerà inferre licet, Opio, à quo sedatur ille tumultus, singulare 21 quid inesse, quod in cæteris rebus amaris deprehenedere, non est.

At

21 *Quid sit hoc singulare, quod Opio inest, non explicat posteà Auctor, non enim singulare est Opio, habere simul partes volatiles & amaras, quot enim alia mixta insigni amarore prædita volatiles etiam partes habent, vbi maior amarities, quam in fuligine, & vndè salis volatilis vberior prouetus, vltiùs igitur inquirendū, quid sit*

hoc

At verò id ipsum explicatù difficilè non est, supposito enim in omnibus, aut plerisque medicamentis istiusmodi inesse vim colligendi, congregandi, ac coadunandi partes liquorum corporis nòstri, per quos diffusa sunt, sufficit Opio, prę cæteris quibusque amaris, inesse tantùm partium volatilium, & amararum, quantùm satis est, quò illæ, in quibus sita est eius amaritudo, & vis congregandi, & figendi, liquida ad cerebrum è ventriculo deferri, queant, ac ope istius sublimationis actionem suam transfundere queant in liquores effusos, ac proinde illos, qui dicati sunt continendis, & coęrcendis spiritibus animalibus, eorumque dissipationem arcent, quorum citatior motus vigilias parit, sicuti eorum tranquillitas somnum.

Vt verò res hæc dilucidior fiat, id primò adnotatum velim, à perpetuo spirituum animalium influxu in omnes neruos, ac proindè eos, qui sensuum organa constituunt, cum excitentur vigiliæ dictæ, quo in statu corpus obire valet functiones omnes, à voluntate pendentes, eorumdemmet spirituum dissipationem ac quicquid eorumdem commeatum, & influxum impedit, somni esse causas, quem definire licet, Corporis dispositionem, in qua sensus externi torpent, adeò vt inidonei euadant suscipiendis perceptionibus, quas ad animam transmittunt, qua in dispositione cæteræ omnes corporis partes debiles euadunt, enerues, & ineptæ quibuscumque actionibus, à voluntate pendentibus, ad quas à natura procreatæ sunt, somnus enim perpetuò imperfectus est, in ijs, quibus non conniuent occuli, qui loquuntur, aut aliàs qualuis functiones per somnum obeunt, quæ

---

hoc singulare, quod Opio inest, & à quo tot eximiæ eiusdem dotes dimanant, citatus Charas ponit hoc singulare in intima salis volatilis cum sulphure commixtione, iustàq; & mutua eorundem proportione, per quam arcanum emergere fermentum, ait, sui multiplicatiuum, dum sibi adiungit particulas homogeneas in ventriculo obuias.

22 *Non*

quæ voluntatis imperio subiacere, videntur, quandòquidem supponunt neruorũ turgentiam, robur, & paucis, neruorum motus, qui proculdubio à spiritibus tantummodò pendent, illos tùm temporis peruadentibus, & occupantibus.

His constitutis, nemo non percepturus est, quamobrem somnus vehemens exercitium subsequatur, vel diuturnas vigilias, cùm enim ab vtraque causa insignis fiat spirituum consumptio, accidit tandem, vt à minori illorum copia minùs turgeant nerui omnes, ideòque minùs apti sint sustentando corpori, atque idonei sensationi, motuique efficiendo, adeò vt ex necessitate, quasi insensibile, & immobile euadat, donec sanguis depuratior, & volatilior continua circulatione redditus, spirituum in cerebrum sufficientem transmiserit copiam, & par supplementum prægressæ dissipationi.

Nec minùs facilè est, rationem reddere proni in soporem lapsus, quamdiù alimentorum in ventriculo concoctio peragitur, cùm enim illo tempore multi exurgant vapores, 22 qui ad cerebrum excurrunt, spiritus morantur, & speciem quandam obstructionis in neruorum orificijs pariunt, mirum esse non debet, si corporis extremæ partes, & artus languescant, torpeant, quandòquidem obeundis actionibus aptæ esse, nequeunt, & robustæ, sì continuus in illas spirituum influxus defuerit.

Po-

22 *Non quia vapores è ventriculo ad cerebrum eleuati obstructiones pariant in neruorum orifitijs prolabimur in somnum, dum peragitur alimentorum concoctio in ventriculo, sed quia latex serosus sanguinis comeatu ad cerebrum tunc temporis deriuatus, ibidemque intrà cerebri corticem separatus, succi nutricij particulis nondùm depuratis, ac defæcatis, plurimum turget, vndè vel spirituum emanatio suspenditur, ijsdem dum implicantur particulis, vel porulorum in fibrillis medullaris cerebri substantiæ, seu neruosorum ductuum obstructio, contingit.*

 23 *Ia-*

Postrema hæc obseruatio non minimi erit momenti ad confirmationem explicationis somni à me traditæ, somni, non naturalis scilicet, & artificio inducti, exhibito nimirum Opio, quandòquidem illius partes volatiles, & in vaporem solubiles multò validiores sunt illis, quæ funduntur concoctionis tempore, siue ad fixationem humorum, & spirituum, siue ad obstructionem neruorum, per quos in singulas corporis partes diffunduntur.

Cum verò Opium somnum excitet facultate, qua pollet, spiritus in cerebro coercendi, sequitur necessariò, anodynam vim illi inesse, ac euacuationes præter naturales sistendi, & quodcumque vaporum genus reprimendi, quandòquidem eiusmodi effectus immediatè à nimia fermentatione succorum dependent: cum enim spiritus ampliùs non influant in partem, in qua habebatur fermentatio, consequitur necessariò, vt ea mitior fiat, pròut spiritus in materia fermentationem passa, dissipantur, omninò vero sistatur, si ijdem spiritus planè absumpti fuerint, quandòquiquidem eorum nulla ampliùs fit generatio, & substantiæ, quæ illis carent, fermentationem nequaquam subeunt; sicut id experientia manifestum fit, si perpendantur abscessus frigidi, & tumores dolorem non inferentes.

Explicatio tradita effectuum Opij, etsi succincta apertum facit, cur in vigilijs adeò efficax sit, in phrenitide, in cephalalgia pertinaci, & inueterata, in conuulsionibus, asthmate, tussi, quauis hæmorrhagia, dysenteria, colico dolore, fluore alui, gonorrhea, ac tandem omnibus affectibus, quos pariunt, & fouent succi acidiores facti, 23 corrupti, & fermentandi vim nacti.

Cæ-

---

23 *Iacobus Bontius de Medic. Indor. in has Opij Laudes erumpit, si nobis hic locorum de Opio, & opiatis non esset prospectum, frustrà in calidissimis hisce regionibus (in quibus homines sunt feruidissimis, ac subtilissimis spiritibus, omnium actionum auctoribus,*

Cæterum si Opij præparationi accedant aromatica & cardiaca, vocatur tunc *Laudanum*: Eiusmodi pręparatio instituitur emendandæ gratia fictitiæ illius frigiditatis, sed hæc inutilis est, innoxiè, & simpliciter exhiberi potest in substantia, nisi arrideat illa 24 præparatio, quam tradit auchor Medicinæ Pauperum, quæ perficitur, id ritè exsiccando, quò exhalet sulphur impurum, & deinceps disoluendo in aceto rosaceo, ad virosum illius odorem extinguęndum, & volatilitatem imminuendam; præparatio verò omnium optima fit, per simplicem disolutionem in spiritu vini, vt forma Tincturæ exhiberi queat, sicuti in more habebat Medicus Anglus, vndè non parùm commodi redundat.

Opia-

---

ribus, præditi) Medicinam faceremus Choleræ, Dysinteriæ, ac reliquis biliosis affectibus, orgasmo turgentibus, sed non sine correctione cum aceto facta acerimo, quod Opio affunditur ad trium digitorum transuersorum eminentiam, & in sole digeritur. Daniel Ludouicus in miscellan Curios. Ann. 4. & 5. primæ Decur. Obseruatione 207. inquit, quod Opio nullum est præsentiùs remedium in distillationibus, acrioribus præcipuè, Tussi, Raucedine, in fluoribus etiam malignis, & dijsenteria, torminibus intestinorum, & hysteriicis: Corradus Brunnerus Miscellan Cur. Ann. 6. decur. 2. Obs. 195 Opiata appellat remedia planè diuina in dijsenteria: non rarò curatam vidi torminosam admòdum dysenteriam vna, vel altera Laudani Opiati, vel Philonij Romani exhibitione.

24 *Varias Opij præparationes, & correctiones, quin & Laudani Opiati tradunt Tillingius, Schroderus, Hoffmanus, Zuueflerus, & alij: Veram Opij correctionem tradit hoc modo Zuueflerus; Opium frustulatim, & in tenues lamellas concisum collocetur super laminam ferream, quàm super carbones accensos leuiter incalescere, & Opij sulfur narcoticum exalare sinè, quousque non ampliùs fumum, vel vaporem emittat, cauendo tamen, ne comburatur, sed*

 vt

Opiatæ compositionis nomen in genere ab Opio 25 dedduxerunt, cur verò Antidoto *Orvietanæ* confectionis nomen, Thæriacæ, Mitridatio, quas id ingreditur, impositum fuerit, non video, contrà Opiatæ compositionis nomen gerunt plurimæ, quæ id non admittunt: Proculdubio enim omnium antidotorum efficacissimum est ingrediens, imò verò per experientiam michi compertum est, Theriacam Venetam eo solum nomine cæteris præualere, quod Opium Maiori copia admittat.

Aiunt

---

vt solummodò torrefiat, & hæc est facilis, & compendiosa (genuina tamen) Opij preparatio, cui non absimilem proponit Dorencellius, quæ enim fieri solent Opij correctiones, & præparationes, vel spiritù vini, vel acidis, & acetosis succis non omnibus approbantur, quin' plurimum improbantur illæ, quæ fiunt spiritù vini. Hartman. in Basil. Chimic. Crolij hæc habet, Opium cum spiritù vini extrahi nolim, quia ille sulphur potiùs agreditur, quam mercurium, & salem, *reiciunt paritèr spiritùs vinì vsum Brendellius Chim. in artis formam redact. digress. ad cap. 4. Platerus, & alij, Mosis Charas Pharmacopeæ Regiæ Tom. 2. lib. 1. Cap. 51. improbat non solum Opij præparationem factam acidis, & potissimum spiritù acido aceti, vt potè destructiuo salis volatilis sulphurei eiusdem Opij, sed preterea eiusdem vstulationem, seù torrefactionem, à qua absummi ait cum ipso sulphure maximam partem salis volatilis ipsius Opij, & per consequens reliquas substantias effetas reddi.*

25 *Helluigius in suis obseruationibus Phisico Med. obseruat. 58. in scholio hec habet, sub Opiatæ nomine veteres illa magna medicamina, quæ Opium admittunt, vel stuporem inducunt, intellexerunt; Bruno ait in suo Lexico renouato, quod Opiata sumitur latè pro omni confectione, uel electuario, quod consistentia respondet Confectionibus veterum, & Antidotis, quæ Opium recipiunt, & de facto Moderni multas confectiones cardiacas, alterantes, purgantes, uocabulo hoc denominant, (ut Renodeus lib. 3. institutio-*

num

Aiunt cecitatem ab illius vsu imminere, sì purum esset, & citrà 26 adulterium, at vt id damni prçcaueatur, satis fore, id exhibuisse obseruata dosi necessaria, & habita ratione affectus, ob quem exhibetur, adde, quod cum dosis, quam obseruamus in eo, quod ad nos affertur, semper proportione respondeat illi, quam modò determinaui, sequeretur indè prædictum effectum illis imminere, quibus exhibetur, sì modò illum parere, aptum natum esset: Cęterum qui id in venenorum censum referunt, concedant necesse habent, lethale demùm euadere, sì sinister illius vsus fuerit, 27 ideoque non meliori iure venenis accen-

---

num Pharmaceut. olim annotauit) credo ob subitas earum operationes.

26 *Post longum Opiatorum usum cæcitatem inductam uidi, præcipuè in strenuo milite, huic enim cum sæuissimis cruciaretur circà articulos doloribus, qui nullo modo quocunque adhibito remedio remittebantur, eidem Laudanum Opiatum à Medico exhibitum fuit, quo primùm sub cænam assumpto tota nocte à sæuissimis cruciatibus immunis remansit, quibus postea recurrentibus, ipse inscio Medico, quin' etiam inuito, ad Laudanum recurrebat, cuius usu nocturnos suspendebat cruciatus, perseuerauit in usu Laudani, uti postea mihi retulit, per 40. dies, donec alijs adhibitis remedijs domita fuit rebellis causa, à qua recurrentes quotidiè dolores suscitabantur, quibus cessantibus abstinebat à Laudani usu, & interim de diminuta uisione conqueri cępit, & tandem præcipiti lapsu in totalem incidit cæcitatē, à qua nulla arte postea, nulloque auxilio liberari potuit.*

27 *Scholiastes Helluigij Schrochius inquit, quam salutare Pharmacum est Opium cum prudentia usurpatum, tam noxium, & instar gladij in manù furibundi, periculosum euadit, ab imperito propinatum, & reddit paulò inferiùs rationem, nam ualidum est medicamentum, parua mole magnas exerens uires, somnum alias prouocando, spirituum orgasmum demulcendo, ichorum acrimoniam temperando, eorumque efferuescentiam coercendo, nectar est, &*

ſendum eſſe, quàm optima medicamenta, imò auſim dicere, ipſa alimenta, inter quæ Panis referendus, omnium innocentiſſimum, qui sì citrà modum ingeſtus fuerit, 28 ſuffocationem inducere poteſt.

Ambroſia, nimium tamen ſi ingeratur eternùm ſomnum, atque ineuitabilem mortem accelerat, *Scholiaſtes Ledelij* Medicamenta generoſiora à non qualificata manu ſuppeditata comparabat gladio in manu, furioſi, vti enim hic nocetur, & non nocetur pròut gladius tractatur, & vibratur, ità & illic: Opium & laudatiſsimum medicamentum, & nocentiſſimum, immò mortiferum, eſt, *multa ideò circumſpectione adhibendum, potiſſimùm in ſenibus, & ijs, qui longo morbo confecti ſunt, in febribus malignis Opiatorum vſus plurimum etiam improbatur, quin' ab eiuſdem vſu ſemper abſtinendum putaui in Pleuritide, & Peripneumonia, cæteriſq; internis inflammationibus.*

28. *Panis repletio peſſima, in Adagio eſt, non ſolùm quia paupertatis ſit index, inquit Helmontius, ſed quia in debili ſtomacho eſt oneroſiſſima, idem Helmontius panem nequaquam inter cibos, ſed potiùs inter òbſonia connumerandum eſſe probare intendit, tùm quia multi longeui viuant abſque pane, ſolo lacte, vel etiam piſcibus ſolummodò enutriti, tum quia ea ſolum ſit panis ad vſum vitæ neceſſitas, vt ipſe propter fermentum acceptum in cremorem liqueſcens, cibos, quibùſcum maſticatur, colliqueſcere cogat, quæ tamen argumenta tantùm roboris non habent, vt indè debeat panis è ciborum catalogo expungi, licet enim diutiùs homines ſine pane vixerint, & barbaræ quedam nationes hodiè aduch' panem ignorent, non per hoc tamen tollitur, quin' panis cęteris omnibus meliùs, & validiùs præbeat alimentum, ac omnis nutritionis baſis ſit ſtatuendus, vnde optimè de illo dicebat Sennertus* Optimus Cibus eſt, qui omni ætati conuenit, ſoluſque, & cum aliis ęditur, omniumque Ciborum eſt quaſi materia, omnibuſque miſcetur, & ſine eo, vix alij cibi ſine valetudinis incomodo ſumuntur.

FEB.

FEBRIFVGVM DOMINI DE BLEGNY

EX

ZODIACO MEDICO GALLICO

DECERPTVM.



INſtitutum vt aggrediar, id ſcias velim, ex quò inualuit vſus Febrifugi Medico Anglo familiaris, artis peritiſſimos inter noſtrates, ex colore, ſapore, atque effectibus, baſim illius Quinquinam eſſe, prò comperto habere, ſin euentus meliùs ex voto ipſi, quàm cæteris proceſſit, qui infuſionem ordinariam vſurpauerunt, id vel ſingulari ejus præparationi, efficaciam augenti, vel multiplicatis doſibus adſcribendum eſſe, certiſſimę rationi proxyſmos recidiuos febrium intermittentium (quarum cauſa id remedij genus in vſum ducitur) præcauendi: Reuera, hoc explorato, plurimi in arte exercitati id fęliciſſimo euentu exhibuerunt, vel medicamentis quibuſdam alijs remixtum, vel eo modo comparatum, vt in pluræs doſes diuiduum ſit; hinc à me occaſio captata eſt, compoſitionem ſequentem excogitandi, cuius te participem volo: Huius exprimentum in ſeptem ægris fęlici euentu factum.

Accipè ſeminis vrticæ vncias duas, florum Centaurei, minoris ſemunciam, ſalis absynthij drachmas duas, vini albi ſextarium mino-

---

Improbata alibi fuit multiplex, & nauſeabunda plurium medicamen-

minorem, fiat omnium infusio suprà cineres calidos per horas duodecim, seorsim infundantur æquali temporis spatio, & loco calido, vnciæ tres *Quinquinæ* puluerisatæ, crystalli mineralis drachmę duæ, vnciæ item quattuor aquæ vitæ optimæ, demùm commisceantur binæ illæ infusiones, quę iterum suprà cineres calidos impositæ sinantur in digestione, ad minimum horis sex, posteà per linteum mediocriter densum traiciantur, de quibus prò dosi exhibendæ vncię duæ, initio vsus ducto die paroxysmi, primam porrigendo quatuor, aut quinque horis antè aduentum illius, alteram protinùs inuadente rigore febrili, tertiam interuallo inter rigorem, & incalescentiam medio. Diebus intermissionis, proxysmum subsequentibus, iterùm præberi poterit manè, & vęsperi; redeunte iterùm proxysmi die, idem obseruandum venit, quod indicatum in diem, quo curatio incepta est; purgatio interim semel, aut pluriès instituenda est, plenitudinis maioris habita ratione.

At verò cum in arte Medica certum quidem sit quod fiat, non verò semper certum, quod eueniat, & sæpè eueniat, vt idem remedium pluribus ægris cum successu exhibitum, in quibusdam eo careat, credo, me tibi rem gratam facturum, si alterum Febrifugum Londino ad me nuperimè transmissum communicem, neutiquam, vt aiunt, ab eo discrepans, quo vtitur Medicus Anglus; quia autem periclitari nondum concessum fuit, vadem me de euentus certitudine non præsto, mitto verò, vt illud prò innata sagacitate experiaris.

Acci-

---


mentorum commixtio, & potissimum circa Quinquinæ exhibitionem obseruatum fuit, eo vtiliorem, & maioris efficaciæ illam esse, quò minorem habet fuccum, & quò simplicior est eiusdem præparatio, nam qualiacunque illa sint, quę Chinæ Chinæ superaduntur in eiusdem præparatione, medicamenta illa nunquam nec minimùm augent vim, & efficaciam ipsius Quinquinæ, quæ semper maioribus

se

Accipè Quinquæ vncias tres, & corticum fraxini pulueriza-torum equale pondus, mataratio committantur, supèraffusis spiritus vini rectificatissimi vncijs quattuor, atque vncia vna spiritus salis, posteà collocentur in balneo tepidæ quadrihorij ad minimùm spatio, at sæpiùs materias exagitando, addè insuper sesqui heminam spiritus vini minùs rectificati, posteà inde vasi terreo cineribus modicè calidis circumsepto; exactis autem septem, vel octo horis traijciatur liquor per chartam emporeticam, asserueturque lagena inclusus optimè obturata; dozis ad summum quindecim, aut viginti guttæ, remixtæ duobus cochlearibus vini rubri ipso tempore exhibitionis, ferunt, vini rubedinem in cereuisię colorem comutari.

---

se exerit viribus, quò magis solitaria in usum ducitur, quod etiam inferiùs animaduertit Dominus Monginot, & potissimùm cauendum esse ait, ne quid in Quinquinæ præparationem accerseatur, à quo vel imminuatur, vel quod moram inijciat illius actioni, an in tali censu reponenda sint, quæ in huiusmodi præparatione vsurpantur remedia, animaduersione dignum.



DE

DE
FEBRIVM
CVRATIONE PER VSVM
QVINQVINÆ
AVCTORE
DOMINO MONGINOT,
MEDICO PARISIENSI.

ARGVMENTVM.



Ondùm vulgatum erat, & publici iuris factum Remedium Febrifugum medici Angli, nequè innotuerat, illius basim esse Chinam Chinæ, seù potiùs illud remedium nihil aliud esse, quam peculiarem quandam Chinæ præparationem, quandò D. Monginot vulgauit hunc tractatum de curatione febrium per vsum Quinquinæ, Gallico idiomate conscriptum, cuius erat titulus, (De la Guerison des Fieures par le Quinquina) In hoc tractatu ab Auctore traditur Chinæ Chinæ Historia, eius vires exponuntur, & facutlates, & potissimùm Vis Curatiua febrium expenditur, ipsamque febrifugam Chinæ Chinæ indolem in eo positam esse, determinat, quod acida febrium fermenta edomet, & infringat; diuersas præterea docet Auctor eiusdem Chinæ Chinæ præparationes,& tradit Methodum, qua ad febrium Curationem per ipsam deueniendum sit,quæ non multum absimiles sunt à præparationibus, & Methodo D. Talbotij, suum præterea proponit Febrium systema, & prò diuersa febrium indole, atque natura diuersimodè Chinam Chinæ in vsum ducendam esse,docet,quin' recenset illas febres, ad quarum curationem China Chinæ minimè vsurpanda venit, satisfacit tandem obiectionibus, quæ contrà huiusce præstantissimi remedij vsum fieri solent, quæ omnia eruditissimè sunt exarata, ideòque digna, quod omnium litteratorum plausus consequantur.

TRACTATVS DE FEBRIVM

Curatione per vſum

QVINQVINÆ

DOMINI MONGINOT

Medici Pariſienſis.



Vantumuis acre ſtudium adhibeatur ad recentium rerum inueſtigationem, vel perfectionem conciliandam ijs, quæ ab alijs antè reperta ſunt, plurima tamen nobis excidunt, neque conceſſum cuiquam fuit, quæcunque Natura nobis, vt ſic dicam, ob oculos obijcit, intueri, exemplò nobis ſit Quinquina, ex vnanimi conſenſu ad febrium profligationem tutiſſimum, ac omnium optimum præſidium, quo nullum hactenùs præſtantiùs innotuit: Interìm, ſiue rerum nouarum faſtidium, ſiue iudicium anceps de medicamentis non expertis, ſiue ratione recidiuarum facilè ſucedentium, per aliquod temporis ſpatium ipſi valèdictum fuit, meliori fato digno 1 remedio.

Trice-

---

1 *Ità planè, vti omnium rerum, etiam medicaminum quędam ſunt vicès, nam & illa, quæ pridèm magnis, & inuidendis elogijs inclaruerant, tandèm quoque occidunt, ſubindè reuictura.*

2 *Plan-*

Tricesimus circitèr agitur annus, cum Europæ innotinuit hoc medicamentum: Cortex est arboris apud Peruuianos nascentis, *Kina* Indis dictæ, Hispanis *Palos de Callenturas*, 2 lignum contrà febres: Hi duas species faciunt, quarum altera culturam suscipit, melioris indolis, altera syluestris est, multò minoris efficaciȩ.

A'quibusdam postmodùm scriptoribus tradita est descriptio, & figura arboris, ac leui calamo illius corticis vires quȩdam adductȩ, obseruatum deinceps, experimentis factis in febribus Quartanis, ac demùm in alijs intermittentibus, ab exhibito Quinquina in substantia ex vino, semèl, aut bis inuadente paroxysmo, expulsas non semèl fuisse eiusmodi febres, sed à tergo relicta recidiua.

Eo propemodùm tempore Medicus quidam Bruxellensis, libro edito, remedij illius vsum impugnauit, at rationibus non adeò validis, quæ refelli non posint: Anonymus quidam, libello emisso, responsionem molitus est: Paucis autèm post'annis eruditus Medicus 3 Louaniensis de eadem materia tractatum conscripsit, quo de viribus, & proprietatibus Quinquinæ, quantùm per experimenta, sed ea perpauca, illi innotuit, quædam emisit, acriter illic impugnat obiectiones contrà illius vsum adductas, imò tritas eiusdem præparationes in medium profert.

Exin-

2 *Plantam huiusmodi appellari apud Indos* Kiù Kinam *notat scholiastes ad obseruation. Domini Muralti, secundā scilicet anni* 8 *Decur.* 2. *Miscellan, Natur. Curios. German: Hispanis dicitur etiam* Cascarilla della Oia, *notante D. Francisco Redi*;

3 *Medicus iste Louaniensis fuit Rolandus Sturmius, qui circà annum* 1659. *eruditissimum vulgauit tractatum complectentem historiam, Vires, & proprietates huiusce Corticis, præterea ad examen reuocauit modum operandi ipsius in humoris febrilis solutione, tractatus ille, seu libellus inscribitur, Vindiciæ Pulueris Febrifugi Peruuiani*.

4 *Hono-*

Exindè, ac propè per vicennium approbatores 4 nactus est Quinquina, sed & impugnatores, prò dextero, vel illegitimo illius vsu, nequaquàm tamèn, immutata illius præparatione, atque exhibendi ratione.

Antè paucos annos vsus eius ampliùs inualuit: à quibusdam forma solida exhibitus est, alijs æquiùs visum est, liquidum præbere, quidam maiori temporis exhibendi habita ratione, quam modi, non, vt antehàc, inuadente paroxysmo præbuerunt, sed satiùs esse, duxere in intermissione, ac tandem iteratis vicibus datus est diuturniori, aut breuiori tempore. Eruditissimus Medicus Londinensis, libro suo 5 obseruationum in acutis, validis rationibus illam methodum comprobat, in praxi sua cæteris omnibus anteponit, & sì paulò restrictior fit, quippè cui maiori experimentorum numero confirmare concessum non fuerit. Alij tandem id remedium, etsì arcanum esse voluerunt, attamen ab hac methodo non deflexerunt, exigua adhibita præcautione, sed insigni audacia: quæ forsan non parùm ad famam 6 comparandam contulit.

Et hoc hactenùs Quinquinæ fatum extitit, indubium tamen est, si factis primis prægressis experimentis, vlteriùs quis animum extulisset, tentamina priora maioris vsus futura fuisse, ac maiùs emolumentum deinceps perceptum fuisset. Id

---

4 *Honoratus Fabri anno* 1655. *sub nomine Antimi Coningij vindicauit Puluerem Peruuianum, edito libello, cui titulus: Puluis Peruuianus Febrifugus Vindicatus.*

5 *Sydenam non solum libro suo obseruationum in acutis, sed etiam in quadam epistola de morbis Epidemicis, ab anno* 1675. *ad annum* 1680. *ad* D. Robertum Bradiũ *conscriptam, hanc Methodum Corticis febrifugi exhibendi plurimum laudat.*

6 *Audacia principium actionis est, Fortuna dominatur fini, dicebat Democritus, Audacia certè multùm profuit Dom. Talbotio de quò veniunt interpretanda ea, quæ profert hìc Auctor.*

F 7 *Hæc*

Id primò disquirendum fuit, quo modo exhibendus Quinquina; res enim admiratione digna, tanto temporis tractu pulueris drachmas duas neminem transcendere, ausum fuisse, ex vino diluti, 7 cùm in mentem venire debuisset, plùs iusto dari prò vnica dosi, minùs autem, quam par sit prò comparanda integra valetudine.

Secunda, & potior animaduersio fuit circà tempus dandi remedij, non minimi enim refert, perpendisse, quo maximè tempore concedi debuit, antè, vel à paroxismo: 8 iterùm an sæpiùs, iteratisuè vicibus, ad tutiorem curationem, & recidiuam arcendam.

Ac tandem perpendenda fuit curandi ratio adeò stupenda, in causas inquirendum erat, ac conclusiones solidæ eliciende, nè vis, & energia medicamenti tam angustis cancellis concluderetur, quibus circùmseptum videbant.

Meum ergo institutum erit, in medium afferre varias Quinquinam præparandi rationes: explicare, quantùm in me fuerit eius vires, & actiones, exhibendi modum tradere in quibusuis febribus, & tandem obiectiones contrà vsum medicamenti afferendas resellere.

De Remedij Præparatione.

Antequàm huius remedij prçparationem adponam, id primò obseruandum se offert, Quinquinam non vno modo præparari posse, incolumi eius facultate; Quamobrem instituti non est, quanpiam præparandi rationem exhibere, cęteris

---

7 *Hęc antequàm sugereret Auctor, a'ijs doctissimis Viris, & præcipuè citato Sydenam in mentem venerant.*

8 *Hoc præstitum fuit ab omnibus illis auctoribus, qui de huiusce remedij vsu tractarunt.*

teris posthabitis, vnicuique per me licet, eam amplecti, quam vsus confirmauerit, quas afferro, eas exempli gratia tantùm produco, non quasi normas, à quibus, nefas sit, deflectere.

Hoc secundo loco notandum venit (nec enim temerè fides adhibenda ijs, qui remedia sua mysterij vocem obtinere, volunt) quocunque modo in vsum veniat Quinquina, illum basin semper futurum, nè dicam prçcipuum præsidium, à quo expectanda febrium depulsio, quicquid porrò illi superadditum fuerit, id illius actionem tantummodò promoturum.

Tertiò adnotandum est, cauendum esse, nè quid in Quinquinæ præparationem accerseatura quo vel imminuatur, vel quod moram inijciat illius actioni: Quamobrem omninò necessaria est cognitio illius facultatum, nè quicquam inuehatur, quod illas præpediat, adhibiti fuci ab ijs, qui lucro tantum intenti, arcanum esse volunt, nec tamen intimè norunt remedij essentiam, vti nec subiecti, cui destinatum est, eiusmodi, inquã, adulterationes ægris maximo esse possunt nocumento, impedita, aut in longiùs producta eorum sanatione, non itempestiuum est hoc consilium, ad declinandam hanc fraudem, eorum vestigia præmendo, qui candidè, & ex arte processerint.

Quartò tandem in considerationem veniat curationis ratio, & propter id sciendum, quæcunque præparatio accedat, certam Quinquinæ accipiendam esse quantitatem, quam perfecta consequatur sanitas, absque recidiuæ metù, nulla prçcisa asserri potest ad omnes febrium species, & quoduis morborum genus: Hæc interim præcedat regula generalis, quæcunque tandèm præparatio adhibeatur, in curationem vnius indiuidui impendendam esse sesquunciam, vel vncias duas Quinquinæ: imò aliquandò superandam illam quantitatem pro varietate occasionum, fortunati quibus minor sufficiet, cum scilicet occurrit tempestas idonèa, aut febris non producta, vel ea mitis si fuerit: At cum nihil mihi in animo obuersetur, quàm vt optimum quidque, & vsu probatum adferam, dosin eò vsque extuli ratione,

& experientia testibus, cum ab huius remedij vsu omne 9 omninò absit periculum, satiùs est ad maiorem quantitatem ascendisse, quam in minori hæsisse, vt curationis effectus sequatur: ad præparationem transeo.

Quinquina exhiberi potest aut forma solida, aut liquida; solida aut Boli, aut extracti.

Si dandus Boli forma Quinquina, in subtilissimum pollinem terratur, extracto cuipiam commisceatur, exempli gratia baccarum Iuniperi, vel cuipiam Syrupo, 10 aut conseruæ garyophyllorum hortensium rubeorum, aut calendulæ: Si extractum pre-

---

9 *De huiusce remedij innocentia hæc habet Sydenam in citata iam Epistola responsiua ad D. Bradium. Verè affirmare possum, non obstante tàm vulgi, quàm perpaucorum è doctis præiudicio, me, nihil mali ægris accidisse ab eius vsu, vidisse vnquam, vel cum ratione suspicari potuisse, & profectò si tàm effectorum durationem, quàm ipsius innocentiam exploratam haberem, principem illi locum inter omnia, quotquot sunt remedia, deferre non dubitarem; & de Morbor. Acut. Histo. & Curat. vbi de Rheumatismo sermonem habet, notat; quod illi, qui longum, & repetitum Corticis Peruuiani vsum experti sunt, Rheumatismo obnoxij fiunt;* quod quidèm *ipse ait*, est vnicum incomodum, quod ex hoc remedio allatum noui vnquàm.

10 *Succum, seu etiam syrupum de absciutio, cæteris præferendum existimo, tùm quia amarore, & adstrictoria vi plurimùm conuenit cum huiusmodi cortice, tùm quia egregium stomachicum est, quod præcipuè in febrifugis requirebant D. de Blegni, & D. d'Aquin, tandèm quia verum bilis, & sanguinis condimentum in eo natura recondidit, dùm viscerum fermenta roborat, & ab exoticis scorijs liberat, quibus etiam rationibus plurimùm conuenire, iam diximus syrupum vel de Corticibus Citri, vel de Corticibus Aurantiorum.*

11 *Tin-*

prębendum, ope aquæ vitæ axtrahatur 11 Tinctura, vel Spiritu vini simplici, aut composito, ad melis consistentiam illam deducendo: eiusmodi præparatio peritum artificem, sì quæ alia requirit.

Sin' liquida forma propinandus sit, vel Tinctura præbeatur vel infusio: Tinctura, cuiusmodi illa est, quæ extractum præcedit eliciatur, ac pròut validiorem, aut imbeciliorem parare, volueris. vel minori mole exhibere, distilationis ope plùs, aut minù,s de spiritu vini ad Tincturam conficiendam vsurpato, ex liquore quopiam conueniente concedendam:

At' si infusum detur, in vsum veniat vinum, vel alius quispiam liquor, frigidè, aut calidè factum, siue solus, & simplex maceretur Quinquina, aut quidpiam aliud illi adijciatur: estò hoc exemplum pręparationis cum vino factæ.

Accipiantur quattuor Pintæ vini albi, aut rubri, perindè est, modò maturitatem adeptum sit, suauitatis gratia potiùs, quam generositatis eligendi, in dictas duas Pintas conijciantur sesquuncia Quinquinæ, aut vnciæ duæ in subtilissimum puluerem contriti, florum Cæntaurij minoris manipulus semis, salis ex eadem Planta eliciti drachmæ duæ, tartari albi optimi tantumdem; vel his omissis, salis armoniaci purisimi drach duæ, ligni sassafras minutim incisi drachma vna, vel altera, vel baccarum Iuniperi dra-

11 *Tincturam China Chinæ præparat Doleus tali modo, R. Chinæ Chinæ dracmas tres, salis Tart. drac vnam, Spiritus vini quàntũsatis & secundum artem extrahatur Tinctura. D. Talbotius suam tali pacto præparabat Tincturam, Chinæ Chinæ subtilissimè pulnerizatæ vnicas duas in vase vitreo reponebat, ijsque postea supèraffundebat spiritus vini optimè rectificati vncias octo, ipsumque vas vitreum quindecim dierum spatio radijs solaribus exponebat, illud sæpiùs agitando; sic extractam Tincturam postea ad vsum seruabat, eiusdem scilicet aliquot guttulis vigorabat consuetam suam infusionem.*

dra, fima vna, vel aliud quidpiam aromaticum, potiùs ad gratiam saporis, quam in ægri commodum: Imò sales ablegari poterunt, aucta Quinquinæ dosi, macerentur omnia spatio viginti quattuor horarum cineribus tepidis imposita, vase ritè obturato, colatura demùm fiat infusionis, aut eiusdem filtratio, vsus tempore.

Subsequentes autem præparationes omnium facilimæ sunt, minùsque cæteris ingratæ.

In Dolium vino repletum conijciatur Quinquina in puluerem redactus, ea quantitate, quæ respondeat dolij capacitati, proportione, superiùs tradita, obseruata: vt scilicet ad vnamquãque semiheminam veniant, vel drachmæ duę, vel semuncia, imò ampliùs, pròut validiorem exoptaueris potionem, demùm accedant centaureũ minus, lignum sassafras, vel grana Iuniperina, sal armoniacus, proportione seruata Pintarum vini dolio inclusarum, & obseruatis eum in finem dosibus, ad infusionem præcedentem parandam præscriptis, dolium repetitis vicibus concuciendum hinc indè, quò omnium exacta fiat commixtio, exciteturque fermentatio, quę quanquam modica, inutilis tamen futura non est, ac demùm inconcussum sinatur, quò subsidentia fæcum fiat, hinc clarescat vinum.

Eadem præparatio, & gratior & efficatior futura est, sì tempore Vindemiarum parata fuerit, ijsdem speciebus additis dùm feruet mustum: nè verò quidquam de viribus decedat, quamprimùm enitendum, vt & vinum, & Quinquina, & cætera ingredientia simul conferueant in dolio, remędij conceptioni destinato: Dolium non omninò implendum, neque exactè obturandum, nè fermentatione, & æstu accedente, portio & vini, & remedij, excedendo oras dolij, effundantur: Concussio dolij crebra estò, vel ex interuallis conuolutio fiat, quamdiù efferbuerit mustum, sedata verò æstuatione, id quod vacui in dolio adfuerit, affusione vini facta, compleatur, demùm ritè obturetur, claritatem præstolando priùs, quàm in vsum ducatur vinum.

Qui-

Quibus fermentationis effectus perspecti sunt, ij huius necessitatem 12 hoc in casu facilè agnoscent, quandòquidem vtilis futura est ad partium subtiliorum, & maximè efficacium à crassioribus, & terrestrioribus secretionem, tùm vini, tùm inditi medicamenti, ac proindè huius vis, & facultas efficacior futura est, adeò vt superflua sit salium adiectio, sicuti in cœteris preparationibus, vel aliorum coadiuuantium, præter ea, quæ vini compositionem ingressa sunt, quorum virtuti accepta ferenda est fermentatio tùm vini, tùm remedij, vsui prætereà futura in augmentum illius actiuitatis, & faciliorem penetrationem,

Ex eodem remedio comparari nec non poterit cereuisia, in eorum gratiam, quibus arridet illud potus genus; Ijsdem viribus, quibus vinum pollebit, dummodò auctior sit Quinquinæ dosis, tertia scilicet circiter parte, additis Iunipero, Abscintio, aut quopiam simili, quod saporem gratum cereuisiæ concilier, & acorem præcaueat.

Cum quispiam alius liquor ad infusionem exoptatur, subsequens præparatio in exemplum veniat, sì occurrat fortè occasio cœteris illam preferendi.

Acci-

12 *Hanc Quinquinæ præparationem in Musto factam minimè aprobant D. d'Acquin, & Blegny, qui pariter negant, Quinquinę vires, & facultates musti fermentatione augeri, ac intendi posse, attamen huiusmodi præparationem improbare minimè possum, nequè auserim negare, Quinquinæ infusiones efficaciores admodùm fermentationis ope reddi, posse, quandò fermentationis efficacia in officinis Chimicis adeò nota est, illamque ideò inuentam testatur Gulielmus Ionsthonus, vt efficacia medicinæ fermentatæ augeatur, seù vt habeatur per illam dispositio, notante Beguino, ad nobilissimæ essentiæ extractionem, quandò certum, ac euidens est, Mustum, & Cereuisiam vegetabilium, quibuscum fermentantur, particulas meliùs sibi adaptare, & arctiori nexu iungere.*

Aqua

Accipiantur duæ Pintę aquarum febribus dicatarum, exempli gratia fœniculi, petroselini, centaurij minoris, vel similium,
13 acuenda illarum virtus adiectione cochlearis vnius spiritus vini ad vnamquamque Pintam, vel ipsius Tincturæ Quinquinæ; prædictis aquis addantur sesquuncia Quinquinæ puluerisati, florum centuarij minoris pugilli duo, salis eiusdem plantæ drachmæ tres, imponantur omnia Balneo arenæ, in vase duplici rite obturato, maceratio fiat lento igne spatio viginti quattuor horarum, aut quamdiù necesse erit, quo tota tinctura eliciatur.

Parare tandem licet Infusionem cum ptissanis vulgaribus, vel aqua simplici, dummodò paulò auctior sit Quinquinæ dosis, salesque aliqui aperitiui adijciantur, vel quippiam simile, quod liquorem in elicienda tinctura strenuè adiuuet, Vas exactè obturetur, ac infusioni temporis spatium ampliùs concedatur, nec enim semper necesse est, quò Quinquinæ vis omnis in liquorem transeat, Vinum in vsum ducere, aut ea quæ spiritus multos possident,

Atque his preparationibus non sine insigni successu hactenùs vsu sum: Interim Infusionem in vino factam, sed præsertim præparationem tempore vindemiarum factam, vt plurimùm cœteris præfero, ob rationes, vbi de remedij vsu, adducendas, Quamobrèm ista præparatio præ ceteris mihi norma erit; monitum verò veli n Lectorem, me nihil in medium adducturum quod non experimentorum multitudini superstructum sit.

De

---

13 *Aqua Rosarum ijsdem poterat adnumerari, qua sola, Quartanarijs ingruente paroxismo exhibita ad vnc. sex, febres non rarò sublatas vidi, quod remedij genus ex Amato Lusitano compertum habui.*

14 *Tho-*

De remedij actione.

NE' quis speret à me dilucidationem integram, & quæ animum omninò expleat, qua ratione Quinquina vires suas exerat: Occultam esse voluit Natura, non secùs, ac plurimas alias productiones, satìs fuerit, coniecturas meas pro virili protulisse, quà propter necesse fuerit, Ideam quandam genericam animo finxisse subiecti, in quod effectum depromturus est. Sciendum ergò est, Febrem *ebullitionem* 14 *quidem esse, vel fermentationem extraordinariam, excitatam in Massa sanguinea*: fermentationem eiusmodi preter naturam alterare sanguinem, motum illius prçuertere, ac çconomiam totius corporis conturbare, principium, aut causam immediatam istius fermentationis, adscribendam vitioso fermento, ad acidum, vel acre vergenti, à quò humores diuersimodè inficiuntur, & percelluntur, vndè febrium differentia deducenda est, ac distinctio in Intermittentes, Continuas, & Accidentales, vel Symptomaticas.

Id fermentum in febribus Intermittentibus originem sçpenumerò ducit ex prauo chylo, vel ex alimentis assumptis, vndè primus corruptionis gradus constituendus in generatione Acicidi fermentatiui, à quo excitatur febris: cum enim succis illis extraneis, minimè conueniat cum reliqua massa sangninea, in ea efferuescentia ab illis excitatur, & perturbatio, donec aut corruptionem subierint, aut à çeteris humoribus diuortium fecerint.

Idemmet fermentum in febribus continuuis ex ijsdem alimentis ortum trahit, vel ex vniuersa massa sanguinea, quod repetitis

14 *Thomæ Sydenam arridet magìs latiùs, & generaliùs* Comotionis *vocabulum, quàm vel* fermentationis, *vel* ebulitionis, *mihi-*

petitis vicibus circulatum maiorem acrimoniam acquirit, in eaque vehemētem eiusmodi efferuescentiam excitat, continuitatis febris, eiusque magnitudinis authorem, conturbationem & dissidium in singulis partibus sanguinis inducit, cuius partes maximè spirituosæ crassioribus diuulsę agitationem subeunt, atque cuncta non priùs desinunt, quàm orgasmus ille, & tumultus spirituum sedatus fuerit, aut quomodòcumque repressus.

Tandèm in febribus accidentalibus, sub quibus Lentas comprehendere oportet, nec non eas, quæ ab obstructionibus originem trahunt, aut ab humorum fluxionibus, vel decubitu in aliquam partem facto, in febribus itèm malignis, in quarum serie continentur morbilli, variolę, purpuratę &c. in cunctis inquam eiusmodi febribus, ortis, vt plurimùm, à nimia quarundam sanguinis partium coagulatione, aliarum verò excedente fluiditate, id quod in singulis speciebus ostendere, non arduum esset, tanquam præcipua, & primitiua causa agnoscitur hoc fermentum, à quo promouetur segregatio partium tenuiorum, & maximè subtilium sanguineæ Massæ à crassioribus, & terrestrioribus, eiusmodi autem particulæ, sic ab inuicem diuulsæ ab acrimonia, aut aciditate dicti fermenti pugnam simul ineunt, earum nonnullæ concrescunt, coagulantur, ac quibusdam in partibus corporis hærent, alię vehementiùs impelluntur, ac violentiori motu exagitantur, & cientur in vasis sanguiferis, quamobrem naturalis sanguinis circuitus, eiusque motus æqualis, & consuetus interturbatur, & interrumpitur, quę interruptio non antè desinit, quam omnes illius partes ad pristinam vnionem redeant, & tranquillitatem, ac dissipatum sit id, quod in priorem naturam redire nequit, pręsertim verò destructum id fermentum, vtpotè pręd ictæ confusionis primordium.

Id

---

hic tamen ebulitionis vocabulum aptè magis febris naturam explicare, videtur.

Id quod modò protuli de eiuſmodi Fermento acido, tanquàm precipua omnium febrium cauſa, per effecta comprobari, poſſet, ſcilicet ab omnibus ſyptomatibus febribus ſuperuenientibus. Ab hoc procul'dubio fermento deducenda origo horroris, rigoris, frigoris initio febrium intermitentiũ inuadentiũ, nec non & laſſitudinum dolorificarum, difficilis reſpirationis, ſiue ab irritatione, & vellicatione, propter acrimoniam, partium omnium ſenſibilium, ſiue ab iniecta mora circulationi ſanguinis, per partium illius conſtrictionem, vt & vaſorum, id quod acido, & acri proprium eſt, æſtus, intenſa ſitis, cephalalgia, metus conuulſiui, vehementis acrimoniæ ſoboles ſunt, ac violentioris actionis dicti fermenti in humores, qua de cauſa maior in illis excitatur efferueſentia, indèque celerior circulatio, perdurant hęc quoûſque fermentum per ſudores expulſum fuerit, aut per inſenſibilem tranſpirationem diſlatum fuerit: Sic febris deſinit, quia cauſa illius diſcuſſa eſt.

Videtur obſer. tractus.

Eà propter ſudores acidum redolentes, aut quos comitentur rubores, 15 vel prurigines in cute, ij cœteris critici magìs cenſentur, indices acidum illud, vel acre è corpore excluſum eſſe, vt nullus ideò fermentationis metus ampliùs impendat, imò puſtulæ in labijs erumpentes, vel alijs faciei partibus, eruptionis fermenti argumenta ſunt, nec minùs, quanquam non multæ, indicia certa ſunt excluſionis illius, per ambitum corporis peractæ.

Niſi eiuſmodi obſeruationes nos vlterius proueherent, procliue eſſet, oſtendere, nullum è prædictis effectibus alteri cauſę eſſe adſcribendum: id enim in confeſſo eſt, à fermento dicto prædictorum omnium cauſam pręcipuam arceſſendam eſſe, ceteriſque potiorem eſſe, ob actionis vehementiam, niſi illius copię

---

15 *Sì acido ſulfurei ſint, & potiſſimùm ſi ſulfur aduſtum redoleant ſudores in febribus, febris ſolutionem prænuntiant.*

16 *Hip.*

pię adſcriptam vellis: nec bilem quidem hinc excluſam volo, cui vt plurimum ſymptomatum omnium, & accidentium febrilium cauſa accepta fertur: Sępènumerò dominium ſupra cęteros humores obtinet, non ideò tamen vel minima febris ſuſcitatur, id quod in pluribus morbis accidere, obſeruamus, exempli gratia in aurigine, 16 quo in affectu bilis ſummum tincturę gradum ſanguini inducit, nec non ſingulis corporis partibus, abſente vt plurimum febre, vel ſaltem inſigni; Quamobrem quis crediderit, (vt hoc obiter dixerim,) dictam bilem 17 effectũ, potiùs fermentationis febrilis, quam cauſam cenſendam, aut ſaltem in febris productionem aliter non concurrere, quam fermento coniunctam, ſicuti id iam deſcripſi.

Quo

---

16 *Hippocrates lib.* 2. *de morbis dicebat*, ſi bile infeſtetur homo, febris ipſum corripit, *& lib. de natura Humana*, *quemadmodùm alibi*, febres plurimas à bile fieri, *docebat*, *& equidem luctantibus*, *acribus*, *& lixiuoſis Bilis particulis cum acidis cruoris*, *febres potiſſimum accenduntur*, *nunquamuè febrilem concipit æſtum Cruoris maſſa quin' ignis ſuccendicula fuerint*, *vel nimium euectæ*, *vel acriores redditæ Bilis particulæ*, *ideò autem ſummam illam Bilis per totam Cruoris maſſam*, *quin' per vniuerſum corpus*, *diffuſionem*, *quę in Ictero contingit*, *febris ſemper non comitatur*, *vel quia Bilis craſſior*, *atque viſcidior*, *ac leuiter tantum ſanguini commixta*, *atque confuſa cum acidis luctari minùs eſt æptè nata*, *vel quia Bilis illa æffeta eſt*, *ac emortua*, *vtpotè ſuo ſale lixiuo depauperata*, *ac deſtituta*, *eſt enim ſal lixiuum Bilis in Ictero debilitatum adeò*, *ac diminutum*, *vt nullo modo febrilem efferueſcentiam concitare ſit aptè natum*, *licet etiam eidem obuia fiant acida exotica in ſanguine*.

17 *Quis audeat negare*, *Bilem Fermentationis febrilis & cauſam*, *& effectum*, *cui non patet excretiones bilioſas*, *quæ quotidiè contingunt in febribus*, *fermentationis febrilis ope contingere*, *per ipſam*

Quò clariùs innotescat, an dictum fermentum reuera tempore exacerbationis febrilis primarias partes obtineat, è re esset, ad normam eruditissimi cuiusdam, & curiosissimi Medici Dani sanguinem alicuius febricitantis distillationi subijcere; inter distillandum obseruauit is, minùs salis volatilis illi inesse, quàm in ijs, qui prospera fruuntur valetudine; vndè colligere liceat, tum temporis sanguinem plures possidere partes acidas, & acres, partium volatilium, & spirituosarum sedem subeuntes, non secùs ac vinis, cum in acetum transmutantur, accidere, videmus: id quod & competit tum vino, tum sanguini ob spirituum dissipationem, ac augmentum, vel multiplicationem partium in illis acidarum, quarum materia chimiæ peritis indagatù non difficilis est.

His suppositis, àb Acido scilicet fermento causam febrium præcipuam esse deducendam, nec non cunctorum illarum accidentium, si demùm ad examen reocetur, siue ignis ope, alijsue medijs, quorum interuentu licet ostendere, quæ sit natura prædicti remedij, in apertum venit, nemine refragante, id constare partibus tenuibus 18 pungentibus, & amaris, coniunctis acri-

moniæ

ipsam enim despumatur Cruoris massa, atque ad intestinorum cauum biliosa detruduntur recrementa; at illa eadem biliosa recrementa quorum excretio febrilis fermentationis effectus statuitur, eadem febrilem suscitarunt fermentationem; neque solùm febrilis fermentationis effectus est Bilis excretio, sed & Bilis generatio, seu meliùs coadunatio in sanguine, non per hoc tollitur tamen, quin à principio Biliosa recrementa, seu Bilis ipsa acrior reddita, fermentationis febrilis fuerint causa, & per consequens, Bilis non sit potissima febrium causa, quemadmodùm olim ad Hippocratis mentem explicauit Martianus; idem enim sub diuersa ratione potest esse causa & effectus respectu eiusdem;

18 *Honoratus Fabri, multis Corpusculis striatis, multoque igne hunc Corticem amarum constare, docet.*

19 *Vn-*

monię leui, ac modicę adſtrictioni: Amaritie impugnatur, & hebes fit fermentum febrile, eò quod amaro cum acido nulla neceſſitudo intercedat, imò in mutuam pernitiem vtrumque conſpiręt; id quod pluribus rationum momentis, multiſquè experimentis poſſem, adſtruere, niſi à recta via ſic deflectendum eſſet: Partium tenuitas, earumque penetrandi vis, diſſipationi, & diſcuſſioni illius fermenti conducit, nec non inhibendæ, vel deſtruendæ humorum coagulationi: Acrimonia adſtrictioni coniuncta humorum æſtum, commotionemque ſedat & compeſcit, vnà corroborando partes, quibus iniuriam aliquam impreſſit id fermentum.

His conſtitutis fundamentis, quiſpiam inferre queat, id remedium ſuperare poſſe, deſtruere, ac in nihilum redigere prauum eiuſmodi fermentum in omnibus omninò febribus, id alterare, alienam naturam illi inducere, vel naturam in illo expellendo coadiuuare, ſiue ſenſibiliter, ſiue occultè migret è corpore; illud febrem continuam ęquè, ac intermittentem impetere, quandòquidem, vt antè innui, id fermentum eiuſdem ferè in omnibus eſt indolis, ſolum gradibus quibuſdam fermentationis, & efficaciæ in his, & illis diſcrepans, adeò vt focorum diuerſitas, in quibus febris accendi, ſupponitur, aut partium varietas, quas occupant, impedimento non ſint remedij virtuti, nè vbique hæc diffundatur, vel fermentum hoc, vtcunque inſuperabile, domet, ac vincat.

En' paucis huius remedij facultatem, quæ quamquàm in Quinquina primariò eluceat, nec tamen illa Centaurio minori omninò deneganda eſt: Planta hæc amara eſt, 19 aperiens, detergens, ſubadſtrictione quadam pręditа, adeò vt cum qualitatibus non abſimilibus Quinquinæ gaudeat, inferre liceat, ſaltem ab hoc operationem huius adiuuari: Reuerà experientia teſte,

---

19 *Vndè* ſel terrę *appellatur*.

teste, si coniunctim hæc remedia vsurpentur, certior multò futura est curatio: immò sepissimè obseruatum, soli centaurij minoris decocto febres etiam pertinaces 20 cessisse: additio fit Salium, vt vis remedij quocunque deferatur, vna cum illorum facultate detersiua, & aperiente; vtque simul fermenti materiam in exitu abripiant: Cætera corroborationis ventriculi tantùm gratia adponuntur, non raro grauissimorum febris accidentium fomitis.

Præterea his addere licet Laudani * tincturam quampiam, si febrium incrementa, aut paroxysmi admodum vrgeant, ac si vehementior fermentatio, illorum causa, coercenda sit, spirituumque tumultus reprimendus: illius amaror, & accerbitas, quibus cum Quinquina affinitatem habet, febrili fermento impugnando etiamnùm opem ferunt; non secùs, ac facultas illi insita sudores mouendi, aut traspirationem insensibilium iuuandi, fermenti materiæ excludendæ conducit: Neque quis obijciat, ab hoc cæteras vacuationes præpediri, id enim non præstat partitis vicibus exhibitum, ac exigua dosi; at verò vitio hoc & si laboraret, exiguo temporis interuallo id desineret, sed viceuersa quæsquam conced.t humoribus, diapnoe quam promouet, multò maioris sunt momenti, & pluris faciendæ, quam interceptio cuiuspiam euacuationis nocumenti afferre queat: Praxim hanc si auctoritatibus confirmare, iuberet, in scenam addu-

---

20 *Hinc Febrifuga dicitur, & reuerà specificum antifebrile illa est, & ad Tertianas febres potissimum felici successu adhibetur, fermentum enim fellis corrigit, vnde etiam Balsamum, & condimentum audit totius massæ sanguineę.*

* *Iones docet, Opiata, & Paregorica summo esse vsui, vbi vigiliæ, nimiæ fermentationes, perturbationes, & dolores, deliria, diarheæ, aut dysentheriæ, febricitantibus molestiam afferunt, nec non vbi sanguis tenuis est, acris, & calidus.*

** *De*

adducendi essent præstantissimi quique antiqui Medici, qui Opium, cœteraque narcotica ad curationem plurimarum febrium in vsum duxerunt, non secùs àc periti quidam Practici ** Neoterici eam in rem Laudano vtuntur: At cùm non omninò necessè sit, id Quinquinæ adiunxisse, eà propter id remedium cautè administrandum iudico, illius vsum prudentiæ, & peritiæ Medici committendo: Illud in genere dixerim, sì necessitas ità postulare videatur, in minima exhibendum esse dosi, exempli gratia ad quartam vnius grani partem, vel semigrani in vnamquamque dosim, quòad numerum dosiũ vsurpandarum, & tempus, quo in vsu venire debet, determinet hæc peritus Medicus.

Cæterùm in confirmationem eorum, quæ adducta sunt de actione, & viribus huius remedij, obseruandum venit, quod crebra experientia edoctus dico, id præterea illi peculiare inesse, vt plerùmque extinguat maximam partem symptomatum febres concomitantium; cuiusmodi sunt imi ventris inflationes, & dolorificæ tensiones Iecoris, & Lienis, aliarumque partium infarctus, ciborum fastidium, concoctio læsa, diarrhæa, 21 aliaque accidentia, quæ cessante febre vnà vt plurimum desinunt:

** *De opiatorum vsu in febribus hæc habet Fœlix Platerus in Consilijs, & mirificè prodest Laudanum opiatum, cuius benefito non modò à febribus illis ardentibus, & malignis plurimos desperatos vidi liberatos, sed &c. Rolfinchius, Laudanum opiatum conuenire omnium febrium generi, docet, inquit enim, Febrium Paroxismis, &c. opiatum hoc Laudanum frænum inijcit, & nè reuertantur, prohibet. Doctissimus Adrianus à Minsicht varias medicaminum antifebrilium formulas, quæ Laudanum opiatum recipiunt, posteris demandauit. Decker standem Laudani opiati vsum magni æstimat in Tertiana, & Quartana.*

21 *Si tamen crudorum humorum, aut vitiatæ in ventriculo concoctionis soboles illa sit, non autèm si ortum trahat à calida viscerum intemperie, aut à Bile diffusa.*

22 Ibi

nunt: Id quod assequi non arduum fuerit, si huius remedij qualitates accuratè perpendantur, quandòquidem ab illius amaritie, austeritate, ac adstringendi vi expectanda venit constrictio, & robur fibrarum cunctarum partium, vndè sufficiens vigor illis accedat, ad cuiuscunque extranei è corpore reiectionem, dùm eodem tempore vi aperiendi, & detergendi humores, obstructionum causas, eliminat per vias varias, quas natura sibi ipsi facit.

En' meas circà vires, & operationes Quinquinę coniecturas; si quis obiecerit, in rerum Natura prostare alia remedia, quibus verisimiliter insunt eiusmodi facultates, nequè tamen ęosdem effectus exerere, sincerè annuam, singulare quidpiam latere 22 in consensu qualitatum istius remedij, vel in partium illius structura, vndè singularis illi efficacia obueniat, ac magìs insignis, quàm in alijs remedijs ad fermenti febrilis destructionem, vnitatem autem illam, & partium structuram omninò nobis esse imperuiam, atque etiamnùm nobis abditam ferè esse fermentationis propriam indolem, quam extinguere debet: Ex his inferre liceat vim remedij in dictam fermentationem, sed arcano omninò modo, quem admirari in perpetuum debeamus

Re-

22 *Non sensibiles qualitates tantùm, sed dotes seminales stirpium, atque Plantarum sunt attendendæ, ex his enim potissimùm tota illarum energia, atque potestas dependet, ex his remediorum, quæ specifica appellantur, omnis efficacia promanat, hinc Doctiss. Quercetanus in suo Tetrade grauissimorum totius capitis affectuum cap.* XVI. *dicebat, parùm fidendum esse rationibus illorum, qui omnem medicamentorum facultatem ex simplicibus frigidi, & calidi facultatibus deducunt, & totam pendere autumant, docuerat enim iam antè cap. x. curationem, & restitutionem defectuum, quibus sæpè languescimus, nequaquam in sola crasi, & mixtione ele-*

 men-

OBseruanda quædam se offerunt circà ea, quæ peragenda sunt, priùsquam id remedium in vsum ducatur, & postquàm vsurpatum fuerit.

Prima obseruatio *Sanguinis missionem* 23 spectat, reuerà casus quidam occurrunt, in quibus ad illam confugiendum est, antè remedij vsum. Animaduertendum tamèn ab abusu illius posse atteri vires, alterari vniuersam massam sanguineam, ac functiones singularum partium deprauari, quapropter remedij actio, aut interpellari, aut perperàm fieri posset, vndè expectatus non sequeretur effectus à perturbata naturę œconomia, nec debita virtutis illius impræssio. Reuerà cõstat in ijs, quos exhausit liberalis sanguinis missio, vel aliorum remediorum importunus vsus, itidèm, & ob morbi diuturnitatem, necessè fuisse, diutiùs hoc medicamento vti, priùsquam perfecta consequeretur sanitas, hoc ergo in casu necessaria est periti medici œconomia, qui tempestiuè venæ sectionem præscribat, ad deplenda vasa, si sanguis exuperarit, ac nimium huius æstum compescendum: Procùldubio his prę̀missis securior erit remedij administratio, citior, & fęlicior illius successus.

Secundo loco obseruanda venit *Purgatio*: Necessaria quippè est

mentorum, nequè in solis qualitatibus primis, caliditate scilicet, frigiditate sitam esse, sed potiùs illorum defectuum, seu affectuum, causas, & remedia Balsamo radicali cælesti, quintæ auxiliorum essentiæ adscribenda esse, Spiritibusque Mechanicis ei insitis.

23 *Vbi Plethora, aut enormes efferuescentiæ ægros infestant, & in discrimen adducunt, & non aliter, sanguinem mittere licet, dicebat Iones: Medicus Anglus aut suprcssis hemoroidibus, aut inhibita in feminis menstrua purgatione, quin' etiam grauioribus si essent febris comitata symptomatibus sanguinem mittebat.*

eſt antè Corticis Peruuiani aſſumptionem, 24 cum plurimis impuritatibus ſcatet infimus venter, vel ſi primarum viarum non adeſt libertas: Impedimenta hæc remedij effectum prohibent, cui nulla remora obijci debet, nec quicquam alienum admiſceri: id enim veriſſimùm, antequàm in vſum veniat, non eſſe neceſſè, vt humorum ſentina omninò exhauriatur, eò quod ſæpè numerò contingat, vt dùm illis excludendis incumbimus, interim incrementum capiat fermentum febrile, quod vnoquoque paroxyſmo, aut quouis febris incremento vigorem accipit, atque vlteriùs pergit, quantumuis exacta accedat humorum euacuatio, qui deincèps potiùs effectus, quàm cauſa febris cenſendi ſunt: addè, quod ſedata Remedij ope fermentatione, ac proindè febre, purgantia, inpoſterùm exhibenda, nullo negotio reliquam materiam, febris fomitem, ipſamque febrem ſunt excluſura.

Tertia

---

24 *In hoc minimè conueniunt Auctores, alij enim ſtatim ad vſum Quinquinę deueniendum, aſſerunt, nulla præmiſſa corporis præparatione, ſeù expiatione, nequaquàm ſcilicet ſecta vena, aut Medicamento purgante exhibito, alij verò, inter quos Paulus de Sorbait, Raymundus Io: Fortis, ſolummodò puluerem hunc exhibendum aſſerunt, vbi corpus fuerit benè præparatum, purgatione ſcilicèt, & venæ ſectione, & viæ fuerint reſeratæ, Cacochymia eliminata; In ea ego ſemper fui ſententia, non eſſe equidèm longo purgantium vſu, repetita ſæpiùs venæ ſectione vires atterendas, neque labefactandam eſſe corporis œconomiam, at leuem aliquam primarum viarum expiationem procurandam eſſe, Clyſteribus ſaltem, aut Caſſia, antequàm ad Corticis exhibitionem deueniatur, quemadmodùm etiam tentandum priùs eſſe, an vna, vel altera Venæ ſectione febris iugulari poſſit, & potiſſimùm in ijs febribus, quæ aliquam vehementiam præſeferunt, & propiùs ad continuarum naturam accedunt; quemadmodùm etiam in ijs febribus, in quibus magna habetur crudita-*

 tum

Tertia obseruatio circà *Dietam* versatur, nàm etiamsi ea omninò prætermissa, ope istius Remedij sanitas consequi queat, insigni errore regulę cibi, & potus administrationem spectantes omittuntur, quo tempore febris robur partium infringit, functionesque earum interturbat; nè quis ergo sibi fingat, solius Quinquinæ beneficio pręcaueri posse damna, ex erratis, in dięta commissis, emergentia, preterea si Massa sanguinea prauis succis turgeat, ob prauorum alimentorum usum congestis, illique admixtis, minùs idoneus foret sanguis Quinquinæ energiæ excipiendę, quæ, quantùm licet, postulat sanguinem spiritibus abundè perfusum, & ab eiusmodi quisquilijs repurgatum, nec tamen inficias iuero, remedij pręstantiam, & efficaciam regulis artis medicę superiorem esse: Obseruatione enim dignum est, in plurimis febribus alimenta solida, imo vini vsum satiora esse alimentis admodùm refrigerantibus, & humectantibus, quibus quippè magìs cum remedio conuenit, illique opem ferre quodammodo queunt, in fermento febrili dissipando, cum ex opposito ab his impediri possit illius actio, ac virtutis impræssio: Vitan-

---

tum congeries, priùs earum aliquid est detrahendum, vndè Ioannes Iones in suo de febribus tractatu dicebat, in quotidianis, duplicibus præsertim, & triplicibus, alijsque ingeminantibus febribus, conuenit aliquid de cruditatum cumulo detrahere, priùsquam cortex sumatur; magna enim moles non facilè comminuitur, nec comminuta intrà sanguinem coercetur, sed redundans, & liberius iactata diras metastases semper minatur, & non raro perducit; Quin etiam pituitosæ sordes in ventriculo stabulantes Corticis particulas obliniunt, & quasi visco implicant, eaque de causa plurimùm obtunditur, & impeditur, & quandòque grauissimæ, & insuperabiles in ventriculo massæ efformantur, quæ eundem oprimentes febricitantibus vitam eripiunt; doctissime huic Auctori subscribit Sponius, in suo tractatu de Febribus, & febrifugis, vbi post enarata plurima

Vitanda ergò quæcunque malè concoquuntur, & distribuuntur, quidquid est acidum, vel in acorem, aut corruptionem facilè transit, cuiusmodi sunt lacticinia, 25 cupediæ, legumina, fructus, &c. quæcunque in genere fermento febrili augmentum præbere, possunt, aut obturationi meatuum, per quos illi exitus esse, debet.

Quarta tandem obseruatio ad remedij vsum in genere atinet: Quod vt adamussim vsurpetur, paroxysmorum conditio perpendenda est, illorum intensio, aut remissio, quæ concomitantur symptomata ad examen reuocanda; ad temperamentum, & ægri constitutionem respiciendum, ad ætatem, sexum, anni tempestatem, & alia, quorum ratione modus exhibendi alius, atque alius esse potest, nec tamèn vsum prohibere possunt: Exempli gratia si temperies occurrat admodùm calida, constitutio debilis, ætas puerilis &c. minuenda proculdubio est dosis, rariùs exhibenda, sed diutiùs, si ex vino, decoquendum illud est, aut mixtione conuenientis liquoris diluendum.

Præmissis genericis his obseruationibus, explicandum superest,

---

ma incommoda, quæ passa fuit Mulier quædam triplici quartana laborans ex intempestiuo Corticis Peruuiani vsu, nequaquàm scilicet priùs purgato corpore, à quo penè in vitæ discrimen deducta fuit, concludit tandem, indè mihi colligere licuit, *inutilè esse, quin & noxium febris cursum inhibere, quandò in corpore superstes est colluuies humorum nouam febrem excitare valentium & grauiorem, quod causa morbifica augmentum ceperit, aut alia symptomata febre ipsa deteriora: Doctiss. Villisius tamen notat, quòd in quibusdam valdè imbecillibus, & lecto affixis, sinè praeuia Pharmacia, hic puluis solitariè sumptus effectus laudabiles procurauit.*

25 *A' lacte, & lactarijs potissimùm abstinendum esse inculcat pariter Doctor Heluetius, quin ab omnibus vnctuosis cibis, & oleosis, oleo scilicet, & adipe conditis, & saturatis.*

 26 *Hanc*

rest, qua ratione remedium hoc vſurpandum veniat ad curationem omnium febrium, ac quę legitima ſit illius adminiſtratio Vt compendiosè hæc procedant, in exemplum aſsumam rationem illud in *forma liquida* vſurpandi, & ex vino, ex quibus manifeſtum fiet, quo pede in cęteris pręparationibus procedendum fuerit.

Initium ducam à Febribus intermittentibus, ſuppoſita ergò ægri debita præparatione, ſiuè per venæ ſectionem, ſiuè purgationem, prout alterutra opus fuerit, prægreſſiſque aliquot iàm paroxyſmis, quò exploretur, nùm febris ope remediorum vniuerſalium ſit terminanda, imò ipſius naturę, quæ via omnium tutiſſima, his inquàm omnibus præſuppoſitis, in febribus tertianis primùm remedij præbium fuerit 26 deſinente paroxyſmo, ex interuallis id exibendum erit, iteratiſque vicibus vſquè ad tempus ſubſequentis paroxyſmi, ſolita periodo reuertentis, eo exacto remedium vti priùs aſſumendum erit, iterùm ad tempus vſque noui paroxyſmi, quem intercipiendum eſſe, ſpes eſt, ſi cuncta, quæ præſcripta ſunt, adamuſſim obſeruata fuerint.

Terminum nullum conſtitutio, 27 inter remedij vnam, & alteram

---

26 *Hanc methodum ſequitur quoque, atque proponit Doctor Heluetius in Febre Tertiana ſimplici, ſpuria tamèn, nàm in Tertiana legitima, & exquiſita melius eſſe, ait ab vſu Quinquinæ abſtinere, quandò huiuſmodi febres ex ſe, quandò longiſſimę ſunt ſeptem circuitibus terminantur, iuxtà Diuini ſenis Oracula, quin' putat meliùs eſſe, quod vno, vel altero acceſſu permittatur abſumi, ſeu potiùs eliminari Bilem, quę in ſanguine ſupèrexaltata, ſeù, vti dicebat Hippoc. in venis comota Tertianam exquiſitam facit, nàm ſi huiuſce remedij vi ſuppreſſa febre ſuperſtes illa remaneat in ſanguine, recidiuas facit ſubſequente Vere, vel Autumno.*

27 *Quolibet quadrihorio exhibenda Quinquina, iuxtà Methodum einſdem Doctoris Heluetij, ſi febris longiorem habeat intermiſſio-*

alteram dosin, determinatio pendet ex valida, aut inualida infusione, vel intermissionis inter vnam, alteramque accessionem febrilem intercapedine: Si infusio valida fuerit plùs interuali intèr vnum, & alterum haustum interponi potest, quàm si infusio minùs impregnata, demùm, vbi intermissio longa fuerit, nulla necessitas impellit, vt tantundèm multiplicentur doses, ac si breuiùs esset idem tempus: Satìs ergò fuerit, dixisse, toto eo tempore, quo exhibetur, ad diem vsque, quo paroxysmus febrilis reuersus non fuerit, impendi debuisse drachmas sex, vel vnciam vnam Quinquinæ, imò ampliùs, Remedium vna hora, vel altera antè, & duabus, aut tribus à cibo exhiberi posse, vnamquamque verò liquoris dosim, quatuor vnciarum esse debere, aut circiter.

Quò febris redditus impediatur, remedium toto octiduo vsurpare necesse est, 28 duabus dosibus quotidiè exhibitis, manè, & vesperi ante cænam, vel in lecti introitù; iterùm per octiduum assumendum est, sed semel in die, manè, aut vesperi.

Toto illo temporis decursu in vsum duci potest secundaria infusio, affuso vino magmati Quinquinæ, si cui libet, recentis tantillum adijci potest, vel primaria vti licuerit infusione, vtpotè præstantiori, ac minùs ingrata, detracta scilicet Quinquinæ aliqua portione, cum necesse non sit, liquorem æquè impregnatum

missionem, quòd si tempus intermissionis breuè sit, aut vehementiores habeat febris accessus, quolibet trihorio exhibendam esse, ait, notat tamen, quòd in debilioribus aut minuenda est dosis, aut non adeò fræquens esse debet exhibitio.

28 *Ad præcauendum febris redditum per tres dies bis in die exhibendum, ait, huiusmodi remedium, idem Doctor Heluetius, summo scilicet manè post somnum, & sub noctem antè Somnum, exindè postea tantùm semèl in die, donec infusionis Pintæ sex fuerint absum-*

tum esse, àc accessionum febrilium tempore; perindè enim est, si sumptus exceperis, qui non vtròbique æquales sunt.

Sin' præmissis omnibus præcautionibus, febris nihilominùs decursus progrederetur (quod tamen perraró contingit, obseruatis conditionibus omnibus superiùs ennarratis) iterandum erit remedium eodem modo, qui superiùs traditus est, etsì necessè non sit, tàm diù in vsu illius immorari, idem quippè effectus expectandus est, redditus scilicet inuasionis febrilis prohibitio, si præsertim remedij ineatur vsus immediatè desinente primo paroxysmo, & priùsquam febris nouos progressus inierit.

Cæterùm nulla impellit necessitas ad exactam dietæ in interuallis obseruationem, si præsertim breues sint paroxysmi, nec vehementes, alimènta solidiora 29 concedi queunt, imò vinum ob rationes superiùs allatas.

Nequè opus fuerit, alias tradidisse regulas ad curationem febris duplicis Tertianæ; initium ducat vsurpatio remedij paroxysmo desinente, non dissimili ratione, ac in simplici tertiana, pergendo quoùsque febris desierit, id quod vt plurimùm secundo paroxysmo eueni re, solet, vel ad summum tertio: id autèm præsertim obseruandum, si paroxysmi diù protrahantur, ac vehementia insignes sint, non alio alimento vtendum esse, quàm iusculis, & ouis, vel offis, aliàs eo modo, quo in tertianis procedendum esse,

Febris

---

sumptæ, totidem enim infusionis Pintas necessarias supponit pro debellanda febre, & præcauenda recidiua.

29 *Aprobare minimè possum illam egros cibandi Methodum, quam obseruari vult Doctor' Heluetius, toto illo tempore, quo Quinquina exhibetur, primò enim, quolibet quadrihorio ægros cibandos esse ait, exhibet postea, si vehementior sit febris, robustior sit æger, modò panem elixum, modò Brodium, modò oua recentia, in quibus panis intingatur, modò crustulum, modò Pulli iunioris, aut Perdicis*

Febris Quartana, & duplex Quartana alijs non egent a superioribus regulis: In Quartana 30 sufficiens spatium conceditur.

---

cis alam; statim ac tamen remiserit febris exiberi, vult, panem iurulentum, pullos vel Gallinaceos, vel Columbinos, vel Perdices. ijs autem, qui stomaco sunt debiliores satis esse, inquit, exhibere per diem oua recentia, panem iurulentum, crustulos, aliaque huiusmodi: incongrua sanè ægros cibandi ratio, qua plurimùm ledi posse mihi videntur, ciborum enim frequenti adeò vsu oneratur nouis cibis Ventriculus priusquà assumptorum iam, sarcina sit deposita, absoluta scilicet sit concotio, & tamèn nichil peiùs esse, dicebat Hippocrates, quàm in cibos feruentes adùch, & nondùm fermentatos nouos ingerere; *frequens præterea illa tùm Medicamenti, tùm cibi exhibitio, qua quolibet bihorio æger molestatur, incongrua valdè mihi videtur, sic enim somnus interrumpitur, & tollitur illa quies, quæ adeò vtilis est, & adeò necessaria ægrotantibus, & sanè minimè aprobatam vidimus à D. de Blegny, & D. d'Aquin hanc Methodum, docebat enim superius, D. d'Aquin singulo quoque trihorio exibendam esse Quinquinæ infusionem*, exceptis tamen horis somno dicatis, quem abrumpere nefas, *plenior tandem ille victus aprobari minimè potest in febricitantibus, in quibus eneruata plurimùm Ventriculi, atque intestinorum fermenta nequeunt solidiores cibos, & potissimùm vberiùs ingestos facilè adeò transmutare, vndè mille modis leduntur, quin vt plurimùm nauseabundi tenuiorem quemlibet etiam victum respuunt, & auersantur, pretendit tamen D. Heluetius, quod etiam inuicto sthomaco, ipsoque reluctante pleniorem illum cibum assumant, seu saltèm omnis adhibeatur cònatus, vt assumant, at sanè fæliciori sorte apud nos ægrotantium res geruntur, fæliciori enim euentu China Chinæ prò curatione febrium vsurpatur, neque febricitantibus frequenter adeò importuna hac Ciborum exhibitione molesti sumus.*

De Vet. medic. n. 20.

Hipp. Veter. medi. n. 13.

30 *In Quartana febre inchoandam esse remedij exhibitionem ab*

tur, ad exhibitionem remedij, quandòquidem duo dies integri interiacent, intrà quod interuallum citrà intermiſſionem exhibetur, eodem planè modo, ac in febribus præcedentibus, plerùmque verò euenit, vt non ſecùs, ac in prioribus ſecundo, aut tertio paroxyſmo febris extinguatur, niſi res primò contingerit, id quod ferè vſu venit; idem de duplici Quartana pronuntio, hoc addito, ut arceatur illius redditus, diutiùs inſiſtendum eſſe vſui remedij, illa ſuperata, quàm poſt' precedentes febres, ratio eſt, quod, cum in eiuſmodi febribus maſſa ſanguinis plùs aciditatis contineat, diuturniori tempore opus ſit, vt remedium illam emendet, & diſcutiat, ſi preſertim febris pertinax, & inueterata fuerit: id quoque ſciri, velim, in ijs præſertim febribus alimenta plùs nimio refrigerantia, & humectantia ex vſu non eſſe, quin potiùs vini vſum, cibariaque ſolida concedi, poſſe, eò quod, vt innui, plùs aciditatis in humoribus ſuperandæ ſupereſt, id genus alimentorum magìs congruit cum facultate remedij, cui copulatum ſi fuerit, faciliùs ſuperatur dominans illud acidum.

Ceterum hec præcipuè in omnibus febribus intermittentibus obſeruanda veniunt, Remedium non adeò tempeſtiuè 31 exhibendum eſſe, eaque cautione adhibita, vt nihil eius actionem interturbare, valeat, quin potiùs cuncta concurrere debere, vt fauſtus ſit ſucceſſus: ea propterère fuerit, expectaſſe quòùſque primi fermentationis æſtus, vtcunque feruiſi fuerint, ſi præſertim paroxyſmi pauló longiùs progreſsi ſunt, & cum vehe-

ab eo tempore, quo febris remiſerit docet Doctor Heluetius, illudque per quattuor vices exhibendum intrà 24. horarũ ſpatium, quin' eodem die acceſſus vna hora antè paroxiſmum exhibendum eſſe, ait, durante autèm paroxiſmo ab eodem abſtinendum.

31 *Illud etiam alibi notauimus, huiuſmodi medicamentum non eſſe præmaturè nimis exhibendum.*

32 *Al-*

hementia, quippè cùm exiguum inter vnum, & alterum sit interuallum, remedio deesset sufficiens temporis spatium, quo massæ sanguineę vim suam imprimere, posset, & satis virium, quæ absque repugnantia pares essent superando, & compescendo insigni humorum æstui, aliàs si fermentatio, & paroxysmi intrà mediocritatem fuerint, ab ipso febris initio, ad fermenti progressum inhibendum; prospero successu posset exhiberi medicamentum, imò mediocri prægressa præparatione: eo in casu minora illi superanda occurrunt obstacula, quapropter fermentum febrile nullo negotio extinguere potest, ac primos illius progressus inhibere.

Secundo loco, initiante paroxysmo præbendum non esse medicamentum, nec toto illorum decursu; 32 aliàs intempestiua excitaretur pugna inter medicamentum, 33 & fermentum, quod tùm temporis summum obtinet vigoris gradum, vndè inutilis ęgro conciliatur labor: satiùs sit, tunc negotium Naturæ commisisse, in id incumbentis, vt superet, & in auras discutiat partem illius fermenti, & rem suscepisse eo tempore, vt sic dicam, quo operi se accingit: eo tempore illius progressus inhibet medicamentum, itque illi obuiam, delatumque per vniuersam massam sanguineam mediante circulatione, non adeò præcipiti, ac ea, quę contingit per paroxysmum febrilem, & faciliùs vim suam exserit, nec repugnantiam nanciscitur, puriorem illam reddit, ac destruit fermentationi subiectam materiam,

32 *Alterum illud potissimùm accedit incomodum, si instante paroxismo exibeatur, quod sæpissimè vomitu reicitur; improbat etiam Thomas Sydenam eiusdem exhibitionem paulò antè paroxismum.*

33 *Nonnulli in conflictu excitato inter febrem & remedium interijsse obseruati sunt, dicebat sponius, quapropter non absrè in intermissionibus remedium illud præbere, consultum fuit, quò sensim mitescant, & temperentur humores, acidi, & tumultuantes.*

34 Qui

teriam, à qua sensim imminet noui paroxysmi aduentus.

Non absimili de causa dicendum est, idoneum magis esse, medicamentum liquidiori forma præbuisse, quam solida, vt vndique vis eius diffundi, queat: repetitis itidèm vicibus exhibendum esse, quò paulatim idem effectus emergat, ac sensim vitium humoribus impressum deleatur, eàpropter etiam exiguum intèr vnum, & alterum præbium interponitur spatium, quò posteriùs prioris impetum secundet, ac sic deinceps, adeò vt eius virtus non pereat ob nimium interiectum interuallum, 34 tandèm tempestiua est exhibitio duabus, tribusque horis ab assumpto alimēto, quia illo tempore socium se adiungit portioni chyli, qui hoc pacto tanquàm recenti balsamo imbutus, massam sanguineam ingreditur, eam emendat, & instaurat.

Hac methodo cortex Peruuianus si exhibitus fuerit, non modò curationis euentus certus redditur, sed & tempus euentus prædicere licet, quandòquidem indubium ferè est, febrem non expectandam die secundi paroxysmi, initio numeri ducto à tempore, quo primùm exhibitum est medicamentum.

Vt porrò prognosticum certiùs sit, sciendum est, cum febris eo tempore desitura est, eum paroxysmum qui subsequitur priores medicamenti doses, semper discrepare ab illo, qui exhibitionem prægressus est, aliquandò scilicet in longiùs tempus protrahi, sed sæpiùs breuiorem fieri, alijs horis quàm antea inuadere, vel syptomata, comitari solita, à prioribus dissimilia esse; tunc temporis audacter pronuntiare, licet, postremum hunc futurum, vel si fortè alius subsequuturus sit, vmbram tantum febris, sic liceat loqui, futurum esse.

Immutationes eiusmodi argumenta sunt, fermentum febrile vi

---

34 *Quin citatus iàm D. Heluetius necessarium esse arbitratur duabus horis ante Remedij exhibitionem ventriculum præmunire, vel solidiori aliquo assumpto cibo, vel saltem brodio pinguiori.*

35 *Sum-*

vi medicamenti abſorptum fuiſſe, aliàs ſi ſubſequerentur paroxyſmi, non admodùm remiſſi, imò ſi paroxyſmus eadem hora, qua prior reuerteretur, idem durationis tempus obtineret, ijſdem comitibus accidentibus, accuſandum fortè eſſet medicamentum, tamquam ignauum, eo autem tempore vires illius intendendæ eſsent, aut doſes plures exhibendæ, ad præcauendum aliquem paroxyſmorum redditum, qui tamen numero pauci ſequerentur, & ſi nulla in vſu medicamenti accideret immutatio.

Hoc loco notandum venit, ſi infuſio admodùm valida fuerit, aut ſi crebriùs exhibita fuerit, nonnullòs à primo etiam paroxiſmo liberationem obtinere; vndè medicamento plurimum laudis accedit; at verò curatio neque firma, neque tuta fuerit, imò veriſimile curationem illam, vtpotè coactam, & pręcipitem, ſecuram non eſſe, quamobrèm ſatiùs fuerit, paulatim fermentationem humorum repreſſiſse, ac vim remedij non tàm citò illis impertiſse.

Id quoquè obſeruaſse è re eſt, ſi forte æger à tàm frequenti potione abhorruerit, non neceſsè eſse, toties exhibere, ſed ſatis forè, ſi bis, vel ter in die præbeatur, dummodò vnaquæque doſis, duplum, aut circiter, infuſionis medicamenti obtineat: Hi exhibendi modi, cum non multum à ſe inuicem diſcrepent, ac propè in idem recidant, eundem ſortiri debent euentum.

Ac tandem hoc in conſiderationem veniat, ſi fortè febris adeò pertinax occurrat, quæ per plures paroxyſmos vim medicamenti eludat, ac eaſdem ſemper periodos in redditu obſeruet, eodemque ritu, id quod tamen admodùm infrequens eſt, è re eſse, ad aliquot dies à medicamento abſtinuiſse, naturæ inducijs conceſis, quæ fortè eo tempore remedio non obediens, alio eidem ceſsura eſt; elapſo autem ſpatio temporis redditus fiat ad vſum medicamenti, ijſdem ſeruatis conditionibus.

Contiuuas febres quod ſpectat, 35 procùldubio in illis maiori cautela opus eſt, quàm in Intermitentibus, imò pauciſſi-

mæ

mæ extant regulæ omnibus his febribus æquè, & absquè discrimine conuenientes, variæ circumstantiæ, variaque accidentia, quæ in dies superuenire solent, sæpè Medicum cogunt ad citiorem medicamenti vsurpationem, vel ad illam differendam, imò etiamnùm ad illud planè abnegandum, ad immutationem modi exhibendi, ad coniunctionem cum alijs remedijs, vel vt alia ab hoc ad tempus exhibeantur, paucis, prudentiæ Medici, cui perspecta est legitima vsurpatio, ac intima morbi cognitio, medicamenti prescriptio committenda: interim illud in genere dixisse, liceat, partem regularum à me constitutarum circà febres intermittentes, ad continuas etiamnùm posse pertinere Primum ergo auxilium, si è re fuerit, sit sanguinis missio, catharsis, aliauè remedia, paucis, in vsum veniat id medicamentum, ægro ritè præparato, ac summo febris impetu retuso: eo in casu ratum quiuis habeat, sensim humorum fermentationem desi-

---

35 *Summa cautione exhibendum esse in febribus continuis. illisq; potissimùm, quæ grauioribus comitantur symptomatibus, iàm alibi insinuauimus, nunquàm ve ad eiusdem vsum deueniendum esse, nisi febris mitescere quodammodò incipiat, morbusque de suo vigore remiserit, priùsque venę sectione, aliorumque remediorum vsu morbi sæuities repressa fuerit, in tali casu si in vsum ducatur Quinquina, suadet Doctor' Heluetius, cui & ipse assentior, quod infusio debilior sit, exhibitio non adeò fræquens, & dosis diminuta, quod si in principio febris continuæ alicui, illam exhibere, opportunum videatur, suadet idem Heluetius quod, infusio non sit facta in Vino, & quod sensim exhibeatur.*

36 *De prospero huiusce corticis vsu in febrib. continuis hæc habet Bardus, in continuis quoquè prodesse monstrat experientia rerum magistra, tunc enim Senis, & Florentiæ in Thuscia cæptus est adhiberi in his febribus, narrante Hierorymo Badi, itèm & in Regno Neapolitano, quemadmodùm scribit, qui periculum fecit Io: Baptista*

desituram,& medicamentum continuas, 36 æquè,àc intermittentes superaturum, eà proptèr commodus vsus erit, quo tempore Febris minimè vrget, rariùs exhibendo, si infusio fuerit valida, frequentiùs, maioreque dosi, si eadem debilis, si in calente liquore facta, si vinum liquore quopiam conueniente fractum fuerit, vel si infusionis liquor sit simplex tantùm Ptissana,

Non negauerim tamen, ab ipso etiam febris continuæ initio conuenire posse Quinquinæ infusionem, dummodò, aut absit vinum, aut hoc dilutum sit, aut iteratis, sed exiguis vicibus exhibeatur, quo pacto humorum fermentatio coercetur, vlterior illius progressus inhibetur: Reuerà non raro quosdam videre, licuit, febribus continuis liberatos, quorum sanatio omninò adscribenda fuit vsui, Ptisanæ ex Quinquina factæ, toto febris decursu ad potum ordinarium vsurpatæ.

Superest iàm, quod verba faciamus de remedij vsu in *Febribus Symptomaticis*, experientia teste febribus lentis etiamnùm conuenit, dummodò inueteratæ admodùm non fuerint, vel ortum non trahant ab insigni 37 partis cuiuspiam principis vitio: eo in casu vix vlli remedio locus, successus tantùm sperandus illis initiantibus, atque in ijs, quæ cum cæteris conuenientiam aliquam habent, siuè ratione periodicarum exacerbationum, siuè aliorum signorum, per quæ noscere liceat, febrem magis humores, quàm partes obsidere.

Id

---

tista Cappucius in Epistola ad Vincentium Protospatarium. sed quod plurimùm refert, Romæ à Romanis Medicis in continuis vsurpari, peculiari epistola ad me scribit, & testatur omni exceptione maior Eminentissimus Vir Io: Card. de Lugo.

37 *Vlcera interna, pulmonum scilicet, vel renum, non solùm corticis effectum protelant, sed nonnunquàm eludunt, & paroxismos priùs abactos paucis diebus reuocant, quod à me sæpissimè obseruatum fuit.*

38 *Pur-*

Id si contigerit, idem penè remedij sit vsus, ac in febribus continuis, eo verò modo si fermentatio deferbuerit, aut saltèm de vehementia remiserit, faciliùs erit expedire obstructiones eiusmodi, febrium fomites.

Notandum tamen, non secùs, ac in febribus intermittentibus si contigerit hàs febres medicamento refractarias esse, artificis esse, ab vsu remedij ad aliquot dies abstinuisse, hoc pacto, post' aliquod tempus reditu ad id facto, efficaciùs vim suam in fermentum febrile exeret, natura demùm ad iteratam pugnam se accinget, alias si nulla adsit intercalaris quies, & cessatio ab vsu medicamenti, eius obtunditur vis, nequè effectus ampliùs euidens est: addè, quod interiecta hac requie interìm vigor ægrò reddit, quem per longioris morbi decursum fastidium sæpissimè eiusdem remedij occupat.

In Febribus, quæ comitem habent abscessum, aut metastasin humorum in quampiam partem, certum est, cum in medicamento id sit singulare vt impediat, & resoluat humorum coagulationem, eosque pristino motui restituat, procùldubio partem à grauante pondere liberatum iri, influxum humorum vlteriorem inhibendum esse, eodemque tempore efferuescentiam humorum sedatum iri, vel saltem multum auxilium expectandum esse, si modò in subsidium alia remedia accesserint: opportunum præsertim venandum tempus illud exhibendi, quamdiù humores adhuc in fluxu sunt, nec iàm parti omninò impacti, repetitis vicibus illud præbendo, non secùs, ac in cæteris febribus.

Idem tandèm medicamentum vires quoque suas in febribus malignis demonstraturum est, in quibus fermentum acriùs est, & efficaciùs, quàm in reliquis omnibus, sicuti apertè ostendunt accidentia, illas comitari solita, acrimoniam enim praui eiusmodi fermenti obtundet, & emendabit, ac iuuantibus cardiacis, & alexiterijs ordinarijs, illius transpirationem iuuabit, aut exclusionem per vias Naturæ ordinarias promouebit: Ea propter medicamentum iteratis vicibus porrigendum erit, eo presertìm tem-

tempore, quo vitiosum eiusmodi fermentum, vel id, quod maximè malignum delitescit in massa sanguinea, ad ambitum Corporis vniuersum, aut cutim impetum habet.

Et hoc necessariò hic adponendum fuerit, vt curatio ex voto remedij vsum sequatur, ac recidiua præcaueatur, purgantia leuiora, 38 paulò post' quàm febris desierit, requiri: circà quorum vsum perpendendum est primò, opportunum esse, vt adiungantur quibusdam 39 præparationibus Quinquinæ: hoc quippè modo, ab ipso tempore, quo instituitur purgatio, vis remedij citrà interruptionem transfertur.

Obseruandum quoquè est, ex admodùm refrigerantium classe ea non esse desumenda, vt nec liquorem, ex quo haurienda sunt; neque etiam nùm plurimum liquorem requiri, nè ab immenso potu nimiùm diluatur, & extinguatur medicamenti character, sanguini impressus.

Nec non conferet, cathartica illa parua dosi dedisse, sed frequentiùs, continuis aliquot diebus, vel alternis, quo sensim cacochymia exauriatur, 40 intactis probis humoribus, & remedio imbutis.

Est & hoc consideratione dignum, sæpè numerò curata febre nihilominùs per noctem madores, aut sudatinculas accidere, 41 vndè euincitur ab actione medicamenti sanguinem fusum

---

38 *Purgantia, Vomitoria, aliaque sanguinem exagitantia, & rarefacientia, recidiuas parere, docet Iones, experientia testatur, vndè ab ijsdem abstinere superiùs docebam, & nunc etiam repeto.*

39 *Alibi iàm improbauimus Mixturam Corticis febrifugi cùm purgantibus, & Catharticis.*

40 *Captù difficilis admodùm est discretus ille operandi modus Catharticorum, quo scilicet, intactis probis humoribus, noxios tantùm euacuent, & educant.*

41 *Liberaliores sudores, aut vrina copiosa, quandòque ab exhibito*

ſum fuiſſe, ſeroſioremque redditum, aut, ſi vis, ſubtiliorem, & volatiliorem; eo in caſu venire debent, in vſum quædam Purgantia, quæ per alias vias ſeroſos humores redundantes abducant, atque ſanguinem ſtatui naturali reſtituant.

Cathartica in genere, quorum delectus habendus, ea ſint, quę amarore, aut alijs qualitatibus cum Quinquina conueniant, iuuandæ ergò illius operationis, aut ſaltèm non interturbandæ; Veniant in exemplum Rhabarbarum, Aloe, extractum Colocynthidis. vel quæ ſerum ſuperfluum nata ſunt abripere, cuiuſmodi ſunt extractum, aut reſina Gialapæ, 42 ac ſimilia, quorum præparatio, & modus exhibendi penès Medicum induſtrium erit, aliquandò ex arbitrio ægri pendent.

Si aliç Quinquinæ præparationes in vſum venire debent, tinctura ſcilicet, vel extractum non eà propter varianda erit methodus à me ſuperiùs tradita: Repetitis id ſemper fiat vicibus, & ex

---

bito Cortice febrifugo, contingunt, ac febrem ſanatum iri, prænunciant, nequè mali ominis ſunt, ſi curata febre adhùc perſeuerent, quin' potiùs quamlibet recidiuæ ſuſpitionem tollunt; non enim ſeroſam diatheſin ſanguini ſuperinductam arguunt, ſed potiùs ſeri inutilis ſecretionem, atque vna cum ſero, extranei quidquid in ſanguine delituerit, eliminationem oſtendunt; ſeroſas enim huiuſmodi ſecretiones promouet Quinquina, dicebat Iones, quia eiuſdem partes ſalinæ ſerum fundunt, attenuant, ac penetrare faciunt, & poros à limoſis obſtructionibus expediunt, & præstereà terræ eiuſdem particulæ ſanguinem coarctantes ſerum exprimunt.

42 *In Zodiaco Medico Gallico, Anni primi Menſ. Octob. obſeruatione nona habetur, D. dù Clos Medicum celeberrimum, Academię Regiæ ſcientiarum adſcriptum, familiari in vſu habuiſſe febrifugum effectus penè indubij, facillimique vſus, illud verò nihil aliud erat, quam ſcamonium ſubtiliſſimè tritum, in iuſculo exhibitum pondere octodecim granorum adultis, bihorio antè paroxyſmum febrium*

ex interuallis longioribus, aut breuioribus, iuxtà Quinquinæ quantitatem præstitutam: nisi febris occurrat leuior, in ritè constituto corpore, tempestate idonea, tunc satìs fuerit quinquies, aut sexies ex ordine dedisse, semel in die, tempore intermissionis; quamobrèm vice qualibet exhibenda erit Tinctura ex cochleari, maiori aut minori, prò vt hæc validior, aut debilior fuerit; Puluerum dosis circiter est semidrachmæ, plùs, aut minùs, prout pluriès, aut rariùs exhibendus fuerit; Extractum vix scrupulum excedat: Tantùm abest, vt hæc methodus repudianda, vt potiùs hanc alijs prætulerim non rarò certis in casibus, si præsertim æger, ob singularem aliquam dispositionem, potionem renuat, aut palato eius non arideat: Vt verò quod res est, dicam, optandum esset in quibuscumque alijs occasionibus, æquè res ex voto succedere, medicamento minùs crebrò exhibito, & comodiori modo; Notandum tamèn in febribus continuis, aut in intermitentibus, quarum paroxysmi diuturni sunt, & vehementes, ac in genere vbi insignis æstus, & siccitas in partibus animaduertitur, potum bolis, & extractis anteferendum esse, is quippè massam sanguineam meliùs peruadit, atque vi illius mixturæ medicamenti calor (si quid indè periculi imminet) infringitur, non itèm illius facultas.

Sed & coniungere licet verumque Quinquinam vsurpandi modum, alternis exhibendo vicibus, modò forma solida, modò liquida, prout è re visum fuerit: Hæc indeterminata relinquo, optio-

---

brium intermittentium: à quodam Medico Gallo communicatũ mihi fuit febrifugum indubij effectus apud ipsum eiusdem compositione ingrediuntur stibium Diaphoreticum, Scamonium succo Citoniorum præparatum, & sal extractum ex cineribus Sacramentorum vitis, quorum omnium æquales portiones simul comiscentur, & vel cum aliqua Conserua ad formã boli reducuntur, vel in brodio exhibentur, quod hæc inter febrifuga sint recensenda dubium valdè mihi videtur.

optione vnicuiquæ concessa electionis modi, qui maximè arriserit, & vnde successum meliorem sperat.

Solutio Obiectionum contrà Medicamentum hoc allatarum.

QVod modò dixi de viribus huius remedij, id firmiter constitutum non esset, nisi refellerem obiectiones, afferri solitas, procùldubio scrupulum ijs, quibus Quinquinę legitimus vsus cognitus non est, excitaturas.

Prima obiectio cæteris procùldubio maioris est momenti, Quò euadet, *inaniunt*, vniuersa materia febrilis, cum remedium vacuationem nullam sensibilem producat? an' non metus est, nè hæc iterùm accendatur, aut tumultus nouos, prioribus aliquandò peiores cieat? Ad tempus fixatur, aut præcipitatur, vt sic dixerim, sed extrà corpus non pellitur: id verò, quod superstes est, fermenti vicem induit, nouas ebulitiones inducturì, ideòque curatio tantùm imperfecta censenda est; aut potius interceptio febris in recidiuam prona, alios morbos, prioribus peiores sępè à tergo relinquens.

Quò his satisfiat, in consilium solum adhibenda experientia, & ratio, priore teste in ijs omnibus, qui dicto medicamento, methodo à me præscripta vsi sunt, aliud omninò accidit ab ijs, quæ metuuntur, quandòquidem maximus est numerus eorum qui sine recidiua, 43 aut superueniente aliquo symptomate conualescunt: altera, scilicet Ratio, certissimè fulciet experientiam fundamentum habet in facultate medicamenti, & in motibus

---

43 *Si credendum Magno Dygbeo, dicebat Robertus Boile tract. de Natur. Philosoph. utilit. part. 2. sect. 3. culpandus potiùs Medicus, (potiùs ægrotus ego cum Hipp. dicam) quàm nobilis hæc medicina, si post huius exhibitionem reuertatur febris; nàm cum illum contule-*

bus Naturæ ordinarijs, tantùm abest, vt polleat medicamentum vi fixante, aut præcipitatoria, ac coercente humores, omninò quippè oppositis gaudet, quibus resoluere, & dissipare humores aptum natum est, sicuti à me ostensum: imò, ausim dicere, fermentationem sedare inducta altera, febrili omninò contraria,
44 ac media, hac noua agitatione, quam conciliat sanguini, & humoribus, viam vi sibi parare per vasa, & meatus, vndè postmodùm natura materiam, cui fermentum inhæret, ac prauos humores facili negotio expellat, vsa vijs, quas ipsa aperit, siuè per imum ventrem, siuè per lotia, aut sudores, aut tantummodò per transpirationem, prò varia fermenti, aut humorum indole, plùs, aut minùs terrestrium, aut crassorum, magìs, aut minùs liquidorum, aut fluidorum.

Eorum exempla, qui adæpta sanitate nihilominùs sudoribus diffluunt, aut per plures noctes continuas madido sunt corpore, adductorum à me, validum erunt fulcimentum, indè enim sine dubio elucescit fermenti facta colliquatio, & disolutio, ac proindè sanguinem magis attenuari, & volatilizari, sicuti antè innui: At verò hæc omninò reluctantur fictitiæ illi fixationi materiæ febrilis.

Addè his, si satisfactum velis ijs, qui vacuationes manifestas, & semper sub sensu cadentes requirunt, sępè fieri, vt pauca subsit materia euacuanda, id quod illi supponunt, ac deferuente humorum æstu, maximam illorum partem contemperari, 45 & ad idoneum statum à natura deduci, quæ in rectum vsum remedium

---

tulerem super hanc rem sanctè mihi asseuerauit ex 30. vel 40. Quartana detentis, quos hoc solo remedio curauit, nè vel duos relapsos fuisse.

44 *Hanc fuisse Doctissimi VVillisij sententiam, iàm vidimus.*

45 *Nonnè Pepasmo mitificantur humores? nonnè iuxta D. Præceptoris effata libro de Veteri Medicina, concentratione, & permixtione*

dium adaptauit: sufficit, adduxisse illorum exempla, qui, nullis vsi remedijs, & paroxysmos, aut exacerbationes experti vehementissimas, febre tamèn subitò defunguntur, nulla accedente, aut naturali, aut artificiali exclusione humorum manifesta, nulloque sequuto verendo symptomate.

Refelli prætereà potest hæc obiectio, dicendo, si cætera remedia, vsurpari solita ad febrium curationem, humores non figant, id quòd huic medicamento effingunt, illa, & præcipuè purgantia medicamenta, peiores effectus edere, si frequentiùs in vsum ducantur; ab his enim atteri vires, 46 robur ventriculi, aliarumque partium infringi, concoctiones imperfectè obiri, hinc perennem prauorum humorum generationem subsequi, experientia patet, quamobrèm febres ab illis potiùs sæpè numero fouen-

tione meliora, ac mitiora omnia fiunt in homine, cur etiam Acidum febrile superstes in sanguine, mitificari similiter, ac dulcificari concentracione non poterit.

46 *Plurimis ledunt modis Purgantia Medicamenta in febribus potissimùm, alijsque acutis morbis exhibita, inumeras enim excitant in corpore turbas, ipsaque vastata animali æconomia functiones omnes tùm vitales, tùm animales subuertunt, ac miscent, nec mirùm inquit Bernardus Suualue,* ipsa Pharmaci essentia alienus in corpore est hospes, humor vitiosus sibi redditus nullibi quiescit Cor stimulum, & acrimoniæ molestiam à pertranseuntibus persentiscit, Regia corporis inuaditur, ipsa Maiestas læditur, *& æquidem nequeunt frequentes illę, & copiosæ Alui deiectiones haberi, assumpto Medicamento purgante, nisi ab eodem illata naturę vi, irritatis nimirùm, & ad efferas, inordinatasque motiones concitatis spiritibus, (vndè spasmodicæ fibrarum, & vasorum contractiones,) vel extraneis intrà cruoris massam suscitatis motionibus, (vndè prę ternaturales fluidorum fermentationes, coagulationes, & pracipitationes,) quibus omnibus plurimùm functiones animales leduntur, vita-*

fouentur, quàm abolentur; cùm ex opposito, si in vsum ducatur hoc remedium, sæpè vno ictu declinantur accidentia ab aliorum vsu plerùmque metuenda.

Nè quis igitur obtrudat à dicto medicamento prauas partibus inuri impræssiones, postmodùm verendarum obstructio-

num

---

vitales labefactantur, vires prosternuntur, totaque corporis æconomia subuertitur, atquè turbatur, quam turbationem expressit Hippocrates 4. de Morbis num. 31. vbi ait, quæcunquæ Medicamenta purgantia sunt, aut supernè, aut infernè, omnia valdè vrrunt, & fortia quidem ex ijs, si partem aliquam corporis teneram contingerint, eam exulcerant, mitiora verò turbulentum corporis motum faciunt, quamcunque partem tandèm occuparint; *non immeritò igitur querelis cælum implet Ventriculus, & apud prædictum Suualuè tristia hæc fundit verba.* Quam intollerabile negotium in continuis febribus, & acutis à purgantibus suffero, dissuadet hæc frustrà Galenus, & licet exsudationem, & diueresim preferat cum ratione, non auditur, æstum febrilem vsu purgantium adaugeri, vniuersìm, ac semæl obrui cordis thalamum, subintrante simul, cum Morbifica causa vi cathartica, non est, quod reclamem, *quibus fortassè motus rationibus Hippocrates, maxima semper cum præmeditatione ad purgantium vsum deueniendum esse, docebat, ipseque adeò religiosus in purgando fuit, vt nunquàm nisi necessitate coactus purgans Medicamentum exhibendum, curauerit, quin (Clarissimo notante Dureto) solo clystere contentus Medicinam facere instituerit, & de facto reiecto purgantium vsu absolutè in febribus magnis, & vehementibus, nunquàm posteà alibi eorundem vsum laudauit, nequè enim libro de Affectionib. vbi textu 11. & 12. febris ardentis curationem tradit, nequè libro 2. de Morbis, vbi text. 36. febris continuæ curationem agreditùr, purgantia Medicamenta proponit, sed solis clysteribus aluum subducendam esse, ait, at non in febribus solum, sed in acutis etiàm quibuscunque Morbis*

à pur-

num caulas futuras, incurabilibus hydropibus vias sternentes, ac tandem seriùs, ocyùs praxis huius vanitatem detegi: Quis enim facilè animo concipiat à remedio insensibiliter fermentum febrile destruente, febriumq; vitiosas impræssiones delente, eodem tempore suppeditari materiam, horum omnium malorum fictitiorum fomitem futuram? accusatio hæc nullo nititur fundamento, quæ potiori iure in plura alia medicamenta retorqueri posset.

Vt

è purgantium vsu abstinendum, docuit Hippocrates, dicebat enim Aphoris. 24. primæ sectionis, rarò admòdum inter Morborum initia Medicinis purgantibus vtendum esse, & Aphor. 29. sect. 2. & 20. primæ docebat, ijs numquam esse locum in statu, vel fine Morbi, quandò scilicet morbi consistunt, ac vigent, vel iudicantur, ac iudicata sunt integrè, quemadmodùm etiam ea minimè in vsum ducenda esse, dùm impetu fertur Morbus, docuit de ratione victus in acutis: nunquàm igitur ex Hippocrate Purgantia Medicamenta locum habent in Morbis acutis, quandò enim erit illis locus, si neque inter Morborum initia conuēiunt, neque in augmento, neque in statu, neque in declinatione, certè nunquàm, nunquàm equidem si vera docet Gall. lib. de Venæ sectione aduersùs Erasistratum, vbi non solum Medentibus ob occulos ponit, quod sola purgantis Medicamenti exhibitio in manu Medici est, reliqua verò fortuna administratrice contingunt, sed enumerat preterea, atque recenset, quæ ex Purgantium vsu immineant damna, & incomoda, inquit enim, ingens prætereà in propinationibus Pharmacorum purgantium periculum est, cum vel non commouetur purgatio; vel quod in aluum attractum est, non facilè excernitur, vel cum dolore, morsibus, torminibus, refrigeratione, pulsuum euanescentia, ac animi defectu exprimitur, vel cum corpus vehementer perturbatur, interìmque parùm admodùm euacuatur, aut euacuatio modum excedit; *Galeno subscribit preclarissimus ille Epidemio-*

rum

Vt finem faciam,ad solam experientiam iterùm prouoco,qua teste quicunque Quinquina vsuri sunt, si à recta methodo non deflectant, & præceptis medicis sincerè auscultent voti compotes erunt,nequè illi adscribendum est id,quod alias agnoscit causas,siuè euentus infaustus ægri errori adscribendus sit,aut recenti cuipiam morbo succedaneo,vel tandem neglectæ prouidentię accidentium, quæ fortè subsequuta essent quoduis aliud remedium, ac fortè maiori periculo, & vehementia, at verò illis occurendum ope aliorum præsidiorum Medicorum,nec enim Empiricorum more hic se gerendum, omnia medicamento à se vsurpato adscribentium, vbiuis illud vsurpantium, cætera omnia flocci facientium,omnemque methodum abiurantium.

Nequè etiamnum mens est, asserere,nullas dari febres, quarum symptomata multorum aliorum remediorum ope antè huius vsum,vel posteà,non indigeant, vel non aliquas eius esse naturę, in quibus non conuenire queat,adeò vt pro earum depulsione ad remedia ordinaria semper confugiendum sit, obseruatis adamussim regulis generalibus iàmpridèm, & tàm accuratè constitutis,quas infringere animus non est, adducto nouo hoc remedio.

Secunda obiectio eandem, quam prima repulsionem requirit,

---

rum Hippocratis commentator Vallesius, inquit enim quod ab exhibito Medicamento purgante leduntur mille modis ægrotantes, aut aucta febre, & inflamatione ab ipsis medicamentis, aut debilitata virtute, & morbo nihilo remisso, non enim euacuatur, quod opportet, aut vndè opporteret, aut quod commouentur plura,euacuātur verò pauciora. *Quantæ mollis igitur sit,purgans medicamentum exhibere in febribus, aliisque acutis morbis animaduertant Medici, atque in purgantium vsu cautè magis procedant, Hippocratem, & Galenum immitati, quorum vestigia sequi, gloriantur.*

rit, aiunt medicamentum 47 calidiùs esse, plerùmque ex Vino exhiberi, verbo, oleum igni affundi, vndè metus imminet augumenti febris potiùs, quàm imminutionis.

Hanc obiectionem vt refellam, dicam primò, si in consilium iterùm adhibeatur experientia, compertum iri, remedia omnia ab ipsa inuenta, & in vsum ad febrium curationem deducta, specifica vulgò dicta, eosdem, vel forsan' intensiores caloris gradus obtinere, nequè interìm in dubium reùocandum, quin' horum remediorum aucthores experientiam ipsi rationi inniti, voluerint, ac existimauerint, necessariò requiri illum calorem ad resoluendam, & discutiendam causam febrilem, imò febrem ipsam esse instrumentum, vt sic dixerim, quo Natura vtitur ad concoctionem materiæ febrilis, optimam omnium crisin per transpirationem fieri, aut sudorem, hæc verò non aliter, quàm per remedia partium tenuitate donatà, penetrandi vi, & energetica, ac proindè qualitate calida, deniquè, remedijs moderatè calidis concoctionem, & alterationem materiæ febrilis perfici, cum ex opposito medicamenta refrigerantia sæpè numerò impedimento sint perfectæ humorum efferuescentiæ, insensibilitèr promouenti euaporationem, ac discussionem materiæ febrilis.

Hanc in rem appositissimè dixit vetustissimus, & celeberimus scrip-

---

47 *Cortex Peruuianus inter calida Medicamenta minimè reponendum, quandò ab ipso febrilem æstum moderari, ac reprimi experientia constat, quòd si aliquem coloris gradum in ipso admittere alicui placeat, aduch' tamen' eiusdem vsus in febribus suspectus esse minimè debet, constat enim, quod ab eiusdem vsu nulla sequitur caloris impressio vel in fluidorum massa, vel in partibus solidis, præterea quotidiè febricitantibus alia exhibentur remedia cardiaca, & bezoardica, de quibus potiori iure suspicari potest, quod sint calida, si considerentur turbæ, quas in fluidorum concitant massâ, & violentæ motiones, quæ ad ipsorum vsum subsequuntur in sanguine.*

48 Ca-

ſcriptor Medicus, calore per medicamenta vegetiore reddito, inducias maiores expectandas, celerioremque ſanationem: ac ſæpè Medicum ſagacem decere, malum malò addere, ac calorem febrilem accendere, etsì enim remedium non illicò curet malum præſens, arcere tamèn valet futurum.

Sed vt hæc ſpeciatìm Quinquinæ adaptentur, iam ſuprà innui, calorem eius multò remiſſiorem eſſe, quàm plurium aliorum remediorum, quò ad cæteras qualitates, illius amarities, & acerbitas admodùm temperatæ ſunt, atquè ex his qualitatibus, quas ſecundas vocant, de primis iudicium ferendum eſt, 48 calore ſcilicet, humiditate, ſiccitate &c. atque vt ingenuè proferam, quas huic remedio vires vlteriùs ineſſe, credam, ſatìs eſt, quod-

48 *Caliditas, vel frigiditas alicuius medicamenti non aliundè attendi debet, quam ex modo operandi eiuſdem intrà fluidorum maſſam, prò vt enim intrà fluidorum maſſam admiſſę alicuius medicamenti particulæ illam exagitant, & particulas componentes ad ſenſibiliorem concitant motum, ex quo poſteà ipſæ comotæ, & agitatæ particulæ maiorem, magiſque ſenſibilem impreſſionem partibus ſolidis faciant, calidum dicitur tale Medicamentum, quod ſi intrà fluidorum maſſam admiſſæ particulæ potiùs, quàm nouas excitent turbas, effrenes compeſcant motus, ipſiſque componentibus particulis fræna quodamodò iniiciant, atque quieſcere faciant, cùm exindè non contingant ampliùs ſenſibiles illæ, & manifeſtæ partibus ſolidis impreſiones, frigidũ dicitur illud Medicamentum, & quemadmodùm illud calefactiua vi præditum, hoc refrigerandi poteſtate pollere, dicitur, reuerà tamen nequè illud calorem, nequè hoc frigiditatem in ſe habet, ità pariter de Quinquina philoſophandum, examinandum ſcilicet, an intrà cruoris particulas violentas, & extraneas concitet turbas, an potiùs extraneos particularum componentium compeſcat motus, & ſic determinandum an calida, vel frigida ſit.*

49 Vi-

quoddam, cuius vis partibus impræssa, multò magis metuenda est illa, quæ ab eodem inuri posset: interim tam certum est, nullum empyreuma ab ipso relinqui, vt proferre liceat exempla eorum, quibus nullum caloris vestigium superstes fuit ab vsurpato per plures menses Quinquina, sufficiat adduxisse vnicum sanationis febrium exemplum, cæteris morbis prætermissis, quandòquidèm rationi parum consentenea dixerit is, qui censuerit à remedio, cui specifica proprietas inest, febrem extinguendi, calorem augeri posse, qui febris effectus est.

Vt vt verò fuerit, certissimum est, quodcumque remedium in curationem febrium vsurpatum fuerit, nihilominùs quandòque pertinaces eas admodùm subsistere, partibus vehementem caloris, & siccitatis impręssionem inuiere, ac sæua accidentia, omnibus notissima producere.

Indè ergo inferre liceat, legitimum febrium remedium cuiuscunque naturę ille fuerit, id censendum esse, quod vno impetu inhibere valeat fermentationem febrilem, febrium causam: cum remedia, non semper sanantia, etsi qualitatibus calori illi extraneo specietenùs contrarijs prædita sint, talia tantùm sint ex accidenti, eò potiùs tendentia, vt fermentationis effectum destruant, quàm ipsammet fermentationem.

At fortè maiorem metum incutit calor vini, ex quo exhibetur Quinquina, quam ipsius Quinquinę, nè hùc traducam quid sentiant hac de re antiquitatis Proceres, qui ijsdem inducti rationibus, quibus ad vsum remediorum calidorum inducebantur, vinum etiamnùm in omnibus febribus, imò ardentissimis pręscribebant, 49 atque in ijs, quas sæuissima comitabantur symptomata, prætermissa inquam illorum authoritate, id vnum produ-
cam,

---

49 *Vinum non adeò facilè concedebant antiquitatis procere s, qui potiùs eius vsum in febribus, alÿsque acutis morbis omnimodè improbarunt, quod si ab Hippocrate, & Galeno Vinum concessum fuit quan-*

cam,cum Vinum vſurpatum fuerit ad extrahendam tincturam Quinquinæ, maximam illius virium partem perijſſe,ebulitionem poſſe præmitti,vel illi calenti infundi remedium, vt pars ſpiritus vini in auras abeat,idem liquore aliquo idoneo poſſe temperari, ac tandèm medicamentum multis alijs modis , quàm ex vino præberi poſſe; Quinquina , ſicùt prædixi,ſatìs virium impertire valet alijs potionibus, 50 quò inutilitèr in vſum non ducatur, exhibitum modo omnium, & ſimpliciſſimo, & facillimo.

Obijci poſſet tandem, febrem nihilominùs ſæpiùs reciduam eſſe, vndè inferre licet, cauſam morbificam remedio non ceſſiſſe:

---

quandòque in leuiori febre,Ephemera ſcilicet,Quartana,& leni admodùm, ac miti Tertiana, conceſſum fuit tenue, & aquoſum . aqua ſcilicet dilutum, & oligoforum; Galenus autèm vini vſum ſemper adeò formidauit in febribus, vt plurima medicamenta, peculiaribus quibusdam affectionibus oppugnandis, ac debelandis congrua validè, & opportuna, ea ſolum ratione reicienda putauerit præſente febre,quia cum vino exhiberi ſolita, quod ſi neceſſitas vrgeat, eadem febricitantibus exhibendi, nè cum vino exhibeantur,admonet,quod potiſſimùm docet de compoſitione Med. ſecundùm locos:De Medicamentis facilè parabilibus, & De Simplicium Med. fecultatibus;non ideò tamèn Chinæ Chinæ vſus reiciendus in febribus, quia ſcilicet cum Vino exhiberi ſolita, neque eiuſdem ex Vino infuſiones ſuſpectæ eſſe debent, experientia enim conſtat,quod nullum indè ſequitur caloris febrilis augmentum; nullaque ex Vini vſu ſequitur noxa: nec mirùm, Vini enim aciditatem, ratione cuius eſt adeò pernicioſus in febribus, corrigit, emendet, ac tollit China Chinæ,hinc prohibet, ne ab eodem, aucta fermenti febrilis aciditate, particularum ſanguinis efferationes; illæque inordinatæ,atque violantæ motiones, vndè ſua trahit febris incrementa, contingant.

50 *Hodiè ſatìs conſtat, quod non minùs exerit ſuam vim febrifugam Quinquina, ſi eiuſdem infuſio in Aqua facta fuerit; quàm ſi*

se: dubius verò sum, num ij, qui hæc obijciunt, aliquandò id exhibuerint, aut vsi fuerint modo à me proposito; at verò conscius sum, nisi æger prauæ admodùm fuerit constitutionis, vel accesserint errores in exhibendi ratione, febrium redditus admodùm raros futuros.

Qui experientia non fræti id in dubium reuocauerint, manus fortè daturi sunt responsioni allatæ ad primam obiectionem, in qua à me ostensum, huius remedij ope febrilem causam dissipari, eiusque fermentum in nihilum redigi, si præsertìm illius vitium sufficiens portio sanguineam massam subierit, adeò vt, etsi exactis aliquot diebus fortè reuerteretur febris, redditus hic optimo iure adscribendus fuerit recenti fermento, nouam febrem inducenti.

Necesse non est, sigillatìm ennarare errores, aut delicta, quorum causa febres recidiuæ sunt, præcipua iàm ante attigi, quæ declinare, facilè est perito Medico, si ægrum nactus fuerit non refractarium: Vnicum tamen occurrit non omnibus obuium, nisi præ-

---

si fiat in Vino, quotidiè cum fælici admodum euentu à me exhibetur, eiusdem infusio facta in Aqua, potissimùm Cardui benedicti, quin & cum minori ægrotorum nausea, & incommodo, experimento enim didici, meliùs esse in febribus, potissimùm continuis, & quæ longiores habent accessus, & vehementiores, ab infusione in Vino facta abstinere, & potissimùm si sepiùs, & per interuallum exhibeatur, & potissimùm si infusio facta sit in Vino meraciori, & generosiori à cuius vsu absolutè in febribus, alijsque acutis morbis est abstinendum, dicebat enim Sennertus Vinum, quod potentiùs est, calefacit, febrem, & sitim auget, quapropter nulli competit febri, *& Heurnius solummodò Vinum Aquosum admittebat in febribus non vehementibus, in Febre Quartana tamèn, & quibusdam Tertianis nothis, illis potissimùm, quæ grassantur Autumno, magis ex vsu est infusio in Vino facta, & potissimùm meraciori.*

præmonitio accedat, pendet id ab electione Quinquinæ etenim cum multùm absit, vt adulterino eædem insint vires, quę legitimo, hinc quoquè futurum non est, vt par certitudo adsit in effectu, tam quò ad sanationem, quà recidiuarum præcautionem.

At verò concedamus eiusmodi reditus, 51 nihil peiùs imminet: (vt certa liberatio à febre sequatur) quàm repetita necessitas vsurpandi id remedium, imò minori in quantitate, quo in casu certum est, febrem omninò extinctam iri: si quis enim sibi fingat, febrem post menses aliquot ingruentem reliquias esse præcedentis, fraudem ipse sibi facit: Medicamentum per aliquod temporis spatium vsurpatum, sufficiens fuit toti fermento absumendo, si quid verò fortè superstes fuerit, mutationes quotidiè contingentes, ac irrequieti humorum in corpore motus, proculdubio fermentum illud, vel immutarent, vel abigerent, adeò vt eiusmodi redditus iniquè priori fermento tribuendi essent, cuius portio in quapiam parte foret residua, quìn potiùs illis, qui recentibus ex occasionibus suscitarentur.

Deniquè, etsì febris ob superstitem aliquam fermenri pottionem

---

51 *Licet fræquentes adeò sint recidiuæ ab vsu Quinquinæ adhùc tamèn, nequè ab eius vsu abstinendum, nequè tantum improbari debet remedium, potissimùm vbi cæteris artis præsidijs refractariæ sint Febres, non nè quotidiè recidiuas faciunt etiam illi, qui venæ sectione, purgatione, alijsquè huiusmodi curantur remedijs, reuerà à recidiuis præcauentur illi, qui per aliquod temporis spatium perseuerant in eiusdem vsu adùc h soluta febre, tandem si reddeat ab eiusdem vsu Febris, omnimodè tandèm extinguetur, si denuo exhibeatur, abstineant ab vsu Quinquinæ, qui tutiora & validiora prò curand s febribus habent remedia, plurima equidē ab Auctoribus proponuntur Febrifuga remedia, sed nullum adhuc inuenire datum fuit, indubij adeò euentus, ac* Cortex Peruuianus, *quin' plurimæ ex*

nem rediuiua esset, numquid satiùs esset, illam bipartito tempore aggredi, cùm interim ęgro concedat interuallum, reparandis viribus sufficiēs: quàm, nullis concessis inducijs, toto illo tempore, quo febris detinet, nec alijs cedit remedijs, frangi vires? Alia porrò remedia an omninò recidiuas præcauent? an nùm sunt vsus securioris, & facilioris.

Atque hæc mihi obtrudi posse credidi: nec dubito alia posse tela vibrari, at verò, si antequàm cudantur, quispiam periculum remedij illius facere, velit, atque iuxtà normam à me propositam in vsum ducere, nequaquàm dubito, quin faustus successus eiusmodi obiectiones refellat, ac impediat quominùs in medium adducantur, me verò quod attinet, non tam meam experientiam ad rationem composui, quam hanc ad experientiam.

Et hæc dicenda habui quò ad vsum Quinquinę in omnibus febribus, ijsdem fortè innixus rationibus, quibus vsus sum, vbi de fermentatione febrium: adstruere possem, idem remedium vtile fore in genere superandis, aut impediendis quibusdam alijs fermentationibus, alios morbos inducentibus; illis præsertim, quæ ortum debenr exuperantiæ succorum acidorum, suprà cęteros sępè numerò dominatum obtinentium, id quod latissimè in Medicina exporrigitur, quandòquidem plurimi morbi à prauis eiusmodi fermentis originem trahunt, nec aliundè exempla deducenda, quam ex affectio-

---

ex his, nec verè febrifuga sunt, sunt enim eorum plurima, aut cathartica, aut saltèm validiora purgantia, quæ nunquàm veram febrifugi rationem habere possunt, illud experientia compertum habeo, quod ex arte, & opportunè exhibito hoc remedio febres perfectè sanantur, nullusque habetur illarum redditus, quod si quandòque denuò inuadat febris statim eodem rursùs exhibito remedio iugulatur, in ipsoque sui ortu extinguitur.

52 *Co-*

fectionibus hypochondriacis, 52 & hystericis, nulli non notis sub vaporum specie, ad quas præstantissimum est remedium, vt sæpè experientia compertum habui, huic classi accensere possem plurimas Lienis obstructiones, Mesenterij, aliarumque partium, suppræssiones quarundam evacuationum naturalium, cholorosin, aliosque affectus illis finitimos, 53 ad quorum curationem multùm contulisse prædictum medicamentum, experientia fidem mihi fecit, at vero vnusquisque propria vsus exploratam rem faciat,

Id saltèm coniectura assequi dabitur, si Quinquina in alios vsus hactenùs traductus non fuerit, quàm ad febrium curationem, Naturam tamèn alias proprietates illi indidisse, certùm est, etsi periculum factum non fuerit, quamquam commodè id fieri queat, quandòquidem extra omnem damni aleam vsurpari, potest, medicamentum qualitatis noxiæ omninò expers: Sin contingeret, experimenta consona esse huic cogitationi, inferrè liceret maximam affectuum partem, quorum curationi congrueret, minùs, quò ad proprias causas, quàm effectus ab inuicem diffidere, ac remedium æquè eandem fer-

---

52 *Comes Hieronymus Sanctasofia, in Celeberrimo Patauino Lyceo Lector, de huiusce Medicamenti viribus, atque præstantia hæc habet, ego periculum sæpè feci in varijs hominibus Hipocondriacis, dato illis Cortice singulo manè tribus continuis vicibus ad Drachmæ pondus, cum Vino Muscato leuiori, quatuor horis antè prandium, Doctissimus pariter Marcellus Malpighius plurimùm laudabat huiusmodi corticem in affectionibus Hippocondriacis, & Hystiricis, illoque plurimùm vtebatur, vti patet ex eiusdem consultationibus.*

53 *Chinam Chinæ fluxui Epatico opportunum esse remedium, docebit infrà Raymundus Restaurandus, Dyarea laborantibus vtilem esse, vidimus iàm, vbi tamen à calida viscerum intemperie, seù à bile diffusa ortum illa non trahat.*

fermentationem vbiquè ſedaturum, diuerſos effectus productaram prò ratione ſubiectorum, quibus occurret: Vtcumquè ſit, ex ijs, quę hactenùs de vi remedij nobis innotuerunt, aſſerere licet, à Natura hactenùs nullum præſtantiùs productum, ſi alia prætereà eiuſdem indolis, ac ad alios morbos expugnandos idonea innoteſcerent, immeritò nobis obijcerent ignauiam noſtram in perquirendis viribus, & proprietatibus operũ illius.



ARGV-

HIPPOCRATES
DE VSV
CHINÆ CHINÆ
Ad Febrium Curationem
RAYMVNDO
RESTAVRANDO
AVCTORE.

ARGVMENTVM.



Rimis vsquè temporibus, qu bus Chinæ Chinæ vsus Gallijs inualuit, D. Restaurandus hunc tractatum, de vsu Chinæ Chinæ ad febrium curationem, in lucem emisit, vtquè illustri, atquè specioso titulo, seù Medicamento, seù operi famam conciliaret, & auctoritatem, Antiquissimi Preceptoris celebrè nomen cum recenti adhùc, & vix noto remedio colligauit; Librum enim inscripsit, HIPPOCRATES CVRANS FEBRES PER CHINAM CHINÆ, tamèn illud solummodò propositum habet, demonstrare scilicet, quomodò iuxtà Hipocratis doctrinam Febres China Chinæ curari possint. In hoc opere multa equidèm doctrina, plurima eruditione referto, plura habentur (& ea sunt præcipuè, quæ spectant ad praxim) quæ litteratorum promærentur assensum, & maxima laude digna sunt, alia tamen laudari minimè possunt, & illud potissimum, quòd litterario orbi irascatur adeò, eò quod Circulationem Harueianam admiserit, quam pæssimo fato excogitatam, asseuerat. Hippocrate duce perpetuum ardere ignem in Cordis sacrario, determinat, huiusce ignis augmentum febrem appellat, augeri Vitalem, seù actualem hunc ignem, & per consequens febrem fieri, docet, vbi humorum disgregatio, seù à sanguine separatio contingat, quam humorum disgcegationem, incongruè posteà appellat putredinem: Febres omnes à Bile deducit, non tamen' solitaria, quin' pro varia eiusdem cum Pituita, vel Atrabile mixtione, vel prò diuerso mixtionis gradu, tot illas febrium differentias deducit, totque symptomatnm, quæ febres comitantur, Æhilogiam; Febres Hecticam, Ardentem, & Semitertianam, seù Hemitriteum, illarumque symptomata, potissimùm expendit, & quomodò in earum curatione Chinæ Chinæ locus sit, eruditè exponit; Hidropem prætereà, & Affectionem Hepaticam China Chinæ curari posse, demonstrat, quod ratione non solùm, sed experimento nititur, comprobare, plures enim adducit casus Ægrotantium, quos Chinæ Chinæ vsu, tùm ab enarratis febribus, tùm ab Hidrope (Febri tamen' succedanea,) tùm ab Hepatica affectione, *Anno 1694.*

vindicauit; opus sanè vtilè, & maximè necessarium prò consequenda vera methodo febres China Chinæ curandi.


Illud beneuolo Lectori sugerere hìc necessarium existimo, quod eruditum hoc D. Restaurandi opusculum ex Gallico Idiomate in Italicam Linguam translatum fuit, & Typis Parmæ excussum anno 1695. in cuius Præfatione Traductor acritèr inuehit contrà Medicos, & Seplasarios, illos inuidiæ, hos auaritiæ accusando, seù quia D. Restaurandi opusculum suprimere tentauerint, dolosè scilicèt primis eiusdem exemplaribus subductis, & litterario orbi occultatis, seù quia ab ipsis præstantissimum adeò Remedium, Quinquina scilicet, negligi quodammodò videatur, quandò eiusdem vsus apud nonnullos nequè adeò fræquens est, næquè prò quarumcunque febrium curatione vsurpatur, quod malitiosè factum asserit, & lucri causa, vt ità scilicet longiùs protrahantur Morbi, & diutiùs perdurent, quæ exindè ipsis resultant emolumenta; iniustè tamen prolatæ mihi videntur ab erudito viro huiusmodi querelæ, ipsum enim fortasè latet, quàm ingenuæ indolis sint Medicinæ professores, & potissimùm in Italia, nullaque haberi poterat suspicio de malitiosa occultatione exemplarium huiusce opusculi, quandò, ipso etiam Traductore notante, Typis denuò excussum fuerat, annis x. circitèr transactis post primam æditionem, & rursùs posteà à Theophilo Bonetto ex Gallica in Latinam linguam translatum fuit, & anno 1683. Zodiaco Medico Gallico insertum, & publici iuris factum, quod posteà quarta vice à me præstitum fuit, prodijt enim anno 1690. meis hisce de China Chinæ collectaneis insertum, cum igitur intrà triginta annorum spatium, tot enim fluxerant à prima æditione ad Parmensem vsquè recussionem, quattuor vicibus Typis euulgatum fuerit huiusmodi opusculum, nequaquàm suspicio haberi poterat, quod illud suprimere Medici, ac Seplasarij tentauerint, nequè etiam accusandi erant Medici, quòd præstantissimi adeò remedij negligerent vsum, quandò vbique locorum tunc temporis, quandò scilicet iniustas ille has effundebat querelas, ab omnibus ferrè medicis, ad quarumcumque febrium curationem vsurpabatur.

HIP.

HIPPOCRATES DE VSV CHINÆ CHINÆ AD FEBRIVM CVRATIONEM.

AVCTORE RAYMVNDO RESTAVRANDO Sanſpiritenſi, Vniuerſitatis Monſpelienſis Doctore Medico.

PRÆFATIO.



NOlim credas, Beneuole Lector, mentem mihi eſſe, perſuadere Chinam Hippocrati innotuiſſe, atque hoc remedio ad curationem Febrium vſum eſſe, hanc laudem detrahi nolo R. P. Ieſuitis, qui primi ex Indijs in has oras illam intullere, vel eò præſertim nomine, quod mihi compertum non ſit, Hippocrati cognita fuerit, nec nè, cum remedia ab ipſo vſurpata maxima ex parte iniuria, & iniquitate temporum 1 perierint: Animus tantùm eſt, ad Illuſtris viri mentem oſtendere, qua arte id medicamentum, prò curatione febrium, in vſum venire, debeat, eum in finem hoc

1 *Vaſtum illud, & funeſtum naufragium, quod tot Illuſtrium Antiquorum Medicorum monumenta demerſit, Hippocratis etiam plurima opera abſorpſit, inter quæ potiſſimùm fortaſſe obtinet locum liber de Medicamentis, qui ab eodem Hipocrate libro de Affectionibus* Medicamentarius *appellatur.* Medicamentarius *iſte liber continebat ſeriem Medicamentorum, quibus vtebatur Hippocrates,* *eorum*

hoc opusculo edito, in duodecim capita distincto: Quorum primum explicat naturam febrium in genere: secundum febris Hecticæ: tertium differentias febrium humoralium tradit: quartum causas earum in genere: quintum causas febrium particulares: sextum curationem per Chinam Chinæ: septimum qua ratione illius efficacia sanentur: octauum curationem febrium syncopalium per eandem Chinam Chinæ: nonum curationem febrium, & Hepaticæ Affectionis: decimum Febrium Diaphoreticarum: vndecimũ Emitritæi: duodecimũ, & vltimum curationem febrium hydropi coniunctarum, mediante eadem China Chinæ: Operam non nauabo in disquirendis causis, cur febres certis diebus redeant, & alia eiusmodi, quæ hùc adducere, inanè esset, idiomatè vulgari prolata.

Id scio, Amice Lector, nequaquàm defuturos, qui hoc opusculum impugnent, & obiecturos quosdam, medicamentum hoc compositum 2 esse, nonnullos curatas huius ope non fuisse bres,

---

eorum fortasse vires, & facultates exponebat, qui si ad nostras peruenisset manus, facilè elui, posset, illa macula, quam nuperimè Hippocratis fronti inurere, tentauit Leonardus à Capua, inquiens, Hippocrati angustam Medicamentorum supellectilem fuisse, eiquè medicamenta specifica parùm nota fuisse; adùc tamen falsitatis calumniator ille euinci, potest, citato enim libro de Affectionibus textu 18; tertianæ febris curationem proponens hæc habet, Tertiana Febris cum apprehenderit, si quidèm videtur tibi non purgatus esse, quarta die pharmacum dato, si verò pharmaco non videbitur opus habere, Medicamenta in potu exhibeto, quibus febris aut transmutetur, aut deficiat, exhibeto autem veluti scriptum est in Medicamentis. *Alibi prætereà in Quartanis, tanquàm specifico, vtebatur succo Trifolij, & succo Silphij, seù Laserpitij, vino comixtis.*

2 *Satìs constat Chinam China esse corticem cuiusdam arboris, vndè*

bres; alios, ſuſpendi tantùm curationem, ac poſtliminio illas redire, lentoque igne conſumi ægrum, dùm id remedium vſurpatur.

Quò ad primam obiectionem, vbi primùm aures meas ferijt nouitas remedij, fama fuit, id compoſitum quiddam eſſe, Reuer. Patribus Ieſuitis ſub nomine Chinæ Chinæ porrectum. Rhizopola quidam hanc vrbem pertranſijt, è Montibus Heluiorum rediens, à quo radices certo prętio compararunt ſibi Parmacopolæ noſtri ad officinæ apparatum; intèr cæteras radices venales, cuiuſdam prætium ab eodem reſcire, volui, reſpondit, neminem apud nos idem perſoluturum, quod R. P. Lugdunenſes, comparare tamen mihi volui, ratus fortè Chinam Chinæ me nacturum: Cortex ille fuit Frangulæ, aut Fraxinellę, qui tritus non abſimilis erat Chinæ Chinæ puluerzatę, ſi odorem excipias: prębui aliquot ægris in Noſodochio, effectum ſperans, qui à China Chinæ prodit, at verò votis is 3 non reſpondit: addi, iuſſi, parùmper pulueris hieræ, eò quod ſapore vtcunque illi affinis ſit China Chinæ, irrito quoque ſucceſſu: Nihil intentatum reliqui, quò cortex ipſe in manus meas perueniret: Rogaui Illuſt. Dom. COMITEM ROVEREVM, huius Prouincię Proregem, cui à conſilijs Medicis eram, vt aliundè conquireret; Auenione autem illam nactus eſt', corticem fidus refert, gentianæ, aut frangulę: ſed poſtmodùm compertum habui, R. P. ex Indijs ipſis rè verâ attuliſſe.

Quò-

---

dè nemo ampliùs eſt, qui dubitet factitium, ſeu compoſitum Medicamentum eſſe animaduertit Sponius, Corticem hunc non ex trunco Arboris, aut ramis, ſed ex radicibus deprimi.

3 *Quid mirum, quandò Fraxinella, quæ & Dyctamus albus dicitur, comendatur quidem vteri obſtructionibus, curandę Epilepſiæ, Lumbricis expellendis, nunquàm autem curandis febribus adhibita fuit, & audit quidem Alexipharmaca, & Vterina nonnullis, nemini autem febrifuga.*

Quàm

Quòad alterum caput,si nonnulli Chinam Chinæ vsurpantes, eius ope febres non expugnant, id illorum imperitiæ adscribendum est,hodiè purgans exibent, postridiè Chinam Chinæ porrigunt, qua die data illa est,febris desiuit, purgans autem de nouo paroxysmum accersit,adeò sibi inuicem aduersantur, 4 nec sine causa id accidit, catharticum enim bilem atrahit, China Chinæ autem illam reprimit,figit,temperat, ac vt ità dicam, fascinat,sicuti aiunt,nonnullos serpentes incantare,& ignem. Vtùt verò fuerit, nunquàm absquè successu illam exhibui: si cæteri Medici voto exciderint,procùldubio id illorum culpa contingit.

Tertium caput quod attinet, Quid iniquiùs, quàm à China Chinæ extorquere, vt nequaquàm ab ea assumpta reuertantur febres, numquid sæpè sepiùs animaduertitur illarum redditus, postquàm fuerint curatæ ab asumptis catharticis, alijsuè remedijs? Præthereà, an' China Chinę tenetur prohibere, nè, qui reduce fruitur valetudine, errata in diæta committat? ne causæ externæ, & animi patemata febrim exulem reuocent? Porrò, cum id remedium nil aliud præstet, quùm vt bilem intrà massæ sanguineę limites coerceat,fieri nè potest, nè imposterùm portio bilis ex illa excidat, quæ febrem iterùm accendat? Nonnè quid simile accidere,videmus, ab efficacia solstitij hyberni,si aliquandò eo tempore febris aliqua remisit,nàmquè vnus, vel alter paroxysmus in Vere rediuiuus est,nisi repressus fuerit, præsertim purgantium vsu sed iterùm, in medium prodeat remedium pari efficacia febres profligans, qua China Chinæ, 5 nullum certè suppetit. CA-

---

4 *Quàm importunus sit purgantium vsus antè, vel post' assumptam Chinam Chinæ, abundè iàm in superioribus obseruationibus demonstratum fuit.*

5 *Principem illi locum deferre inter omnia, quotquot sunt, Medicamenta, non dubitat Sydenam*: *Remedium prestantissimum, maximèque febrifugum appellat* Iones: *Miraculosum Medicamentum appel-*

CAPVT PRIMVM.

De Febris Definitione.

FEbris nomine, numero singulari, vulgò audimus quamuis febrem, cuiuscunque sit generis, siuè sit Continua, siuè Intermittens, numero plurali si efferatur, intelliguntur febres Intermittentes, quas vocant febres accessionales, aut accessiones febriles; Hoc præsuppositum volui, ne homonymia fallat.

Febris *calor est contrà naturam totius corporis (nisi quidpiam illi obstiterit) proueniens ab augmento ignis, qui viuentibus est proprius, adeò vt actiones illorum lædantur.* Dixi febrem esse calorem contrà 1 naturam totius corporis, nisi quid obstiterit; Quia sæpè numerò accidit, inflammationis in corpore excitatę eam esse vehementiam, vt ad se vniuersum calorem alliciat: aliquan-

appellat Franciscus Redi, *Remedium vniuersale prò omnibus febribus dicitur* à Daniele Tauury.

1 *Quod febris essentia, atque natura in calore consistat plurimi hodiè controuertunt, & obiciunt cum Helmontio febres Castrenses, quæ citrà sitim, & manifestum calorem accidunt, ab initio enim vsque in finem absque calore suam peragunt scęnam; obiciunt aut Algidas illas, in Belgio adeò frequentes, aut syncopales, in quibus pulsus sunt exigui, rari, tardi, obscuri, & inequales, aut tandèm horrificas in quibus ferrè tota Paroxismi pars horrore consumitur, obiciunt præterea penetrabile illud frigus, quod sensibiliter adeò febricitantes affligit in ipso febrium intermittentiū accessu, validam illam totius corporis concussionem, dentium quassationem, labia, vngues præ frigore liuida, aliaque huiusmodi, quæ vt plurimùm Tertianarum, & Quartanarum comitantur accessus, & inquiunt, aut negandum esse, quod taliter affecti febricitent, aut concedendum, quod febris essentia in Calore non consistat, sic Clarissimus Pentekoe doce-*

quandò humorem bili coniunctum, quæ committit febrem, adeò esse crassum, 2 vt calorem extrà erumpere prohibeat,

Ad istius definitionis clariorem explicationem, cum huic operi fundamentum præbere, debeat, supponendum, sicuti animæ duplex est officium, vnum mouendi, hoc est, operationes viuen-

---

docebat Calorem non esse ipsam febrem, sed eius tantummodò effectum, nequè potiori iure Calorem febrem dici posse, quam Brachium, vel Caput totum Corpus dicatur, calor enim non est tota febris, sed aliqua ipsius pars, inquit præterea idem Auctor, calorem, & frigus considerandos esse repectu Febris, sicuti lux, & calor respectu ignis, cuius sunt effectus, & exemplo febris, Algidæ, & Ardentis *notat, de facto dari febres sine calore, & sine frigore; Etmulerus postea affert exemplum febris, quam sic describit sine calore, Paroxismus ingruebat cum insigni horrore, & frigore grauissimo, qui vltrà integram horam perdurabat, posteà cum calor succedere deberet, nullus persentiebatur, sed huius loco acerbissimi dolores totum corpus, omnesque artus excrutiabant, inprimis regionem dorsi, & femora, & potissimùm in regione dorsi circà lumbos manifestabantur, quà habetur Mesenterij connexio, circà finem Materia interdùm viridissima amaricantis saporis vomitu reiciebatur, absque vllo calore, vrina erat insignis turbida, crassa cum copioso sedimento; paucis ab hinc diebus, & ipse in Nobili Fæmina Quartanam febrem sine calore curaui, inuadebat quarto quolibet die febris, cum insigni horrore, & frigore, ad plures horas protractis, quibus postea succedebat molestus valdè, & acutus dolor in infimo Ventre, & potissimùm in sinistro Hippocondrio, quo tandem mitescente, per aluum cruda, quædam, & biliosa ægerebătur, nullus intereà manifestabatur calor nullaque etiă latentis intùs ignis aparebant inditia, solo Bezoardici Mineralis vsu ad plures dies exibito curata fuit huiusmodi febris.*

2 *Acidæ particulæ, vbi potissimùm viscidiores illæ sint, in febre Algida, Lypiria, & Epiala frigidam sensationem in partibus exteriori-*

ventis edendi, alterum animal nutriendi ità non solum constare hominem ex anima, quæ ipsum suprà cætera animalia extollit, & corpore, cuius organa singulare quid præ ceteris obtinent, sed etiam igne 3 actuali, per quem micat calor ille ordinarius, & est instrumentum animæ ad huius operationes perficiendas, 4 demùm humore, ex quo alimentum 5 suum trahit: Hæc duo principia, ait Hippocrates (scilicet ignis, & sanguis) totidem

---

rioribus excitant, & inducunt, non ea solùm ratione, quod firmiori suo adhæsu, obstructis minimarum cutis glandularum poruli s, caloris ad ambitum corporis eruptionem prohibeant, sed potissimùm quia nerueas glandularum, & cutis papilulas, atque fibrillas irritant, & vellicant, irritando enim, & vellicando frigùs, & horrorem Acida inducunt.

3 *Quandiù vita fruitur animal, tandiù in corde micat, & ardet Vitalis Ignis, seu Flamma, huiusmodi autem Vitalis Ignis, seù Flamma est vitale illud principium, à quo tota regitur œconomia animalis, Animæ corporeæ nomine designatum, & est actualis ille Ignis, de quo hic loquitur Auctor, quo semel extincto, & ipsa quoque mox extinguitur vita, irritoque labore extinctæ semel flammæ dispersa queruntur semina, vt denuò accedantur.*

Nàm semel effracta perituræ lampade Vitæ,
Heù breuis in tenues Lux hæc dissoluitur auras.

4 *Omnia tùm animantia, tùm homo ipse, ex duobus constant, facultate quidem diuersis, vsu verò consentientibus, Igne scilicet, & Aqua,* Hippocr. 1. de vict. ratione.

5 *Vitalem Ignem, seù Flammam sanguine nutriri, & pabulum sulfureum eidem ex Cruoris sinu sugeri, docet manifestè Hippocrates lib. de Corde tex. 8. vbi hæc habet,* Nutritur autem [*loquitur de Vitali Flamma*] neq; cibis, neque potibus à ventre, sed pura, & illustri substantia, ex sanguinis discretione nata, adsumit autem alimentum ex proxima sanguinis Cisterna, radios suos eò immittens, & depascens.

6 Cor.

dem sunt fontes, à quibus irrigatur corpus nostrum, qui vitam nobis largiuntur, adeò vt necessè sit, illam migrare, si alterutrum deficere, contingat, *Hi sunt humanæ naturę fontes, hinc flumina excurrunt, & si ressicata fuerint, homo perit.* Hippocr. lib. de corde.

Nequè Hippocrates solus in ea fuit sententia, Ignis, aït, Aristoteles, continuò gignitur in nobis, & è corde, in quo focum habet, ad omnes corporis partes instar fluminis decurrit, cuius motus præ celeritate est insensibilis, *ignis*, verba sunt Aristotelis *continuò gignitur in nobis, hic fluminis instar è corde fluit, sed prę celeritate nos latet.*

De resp.ir. cap. 3.

Idem humoribus contingit, ait Aristoteles, in Iecore illi generationem habent, vndè in vniuersum corpus diffunduntur, idque rigant, eàque proptèr vtraque pars, scilicet Cor, 6 & Iecur, in omnibus animalibus necessaria sunt, Cor, quia origo est ignis, Iecur, quod humorum 7 est fons.

Prædictum autem ignem substantiæ viuentis partem constituere, ostendit Aristoteles, quandò ait lib. de Spir. cap. 5, *Hęc sola artis ad naturam est differentia, dùm ars tanquàm instrumento calore vtitur, natura vt instrumento, & materia; qui enim ab arte ad*

---

6 *Cor, & Iecur omnibus animantibus necessaria sunt, alterum propter caloris originem, alterum, Iecur dico, cibi concoquendi gratia*, 3 De part. animal. cap. 7,

7 *Epar nequaquàm esse sanguinis officinam, nequè humorum scaturiginem, docebat olim Hippocrates, quandò humanæ naturæ fontes, & flumina deducebat à Corde, docuit inter Recentes Famatissimus Thomas Bartolinus in suo Epate exauctorato, defuncto, & tumulato, docuit Segerus in Triumpho Cordis, docent prætereà omnes ferè recentes, nequaquàm enim Æmathosis munus Epati restituere, potuit* Minus Bononiensis *suo opere inscripto*, Medicus igne, non cultro necessariò Anatomicus.

Nunc

ad opus adhibetur ignis, ipsius operis pars non est, at qui in Natura habetur calor, diffusus per ipsum opus est, & vna cum cæteris substantiam eius explet, & nulla in hoc difficultas est.

Lucretio eadem mens fuit lib. 3. cùm naturam viuentis constituit, (pręter corporis partes) ex *Spiritu*, illud regente, *Igne*, quem antiqui vocauere Animam (etsì nihil aliud sit, quàm instrumentum, quo vitur ad operationes perficiendas, interìm dùm viuentis substantię partem constituit) & *Aere* Igni prędicto materiam subministrante, Lucretij hęc sunt carmina.

Nunc animam quoquè vt in Membris cognoscere, possis,
Esse, nequè armoniam corpus retinere solere,
Principio fit, vt detracto Corpore multo,
Sepè tamèn nobis in Membris vita moretur,
Atquè eadem rursùs cum corpora pauca caloris
Diffugere, foràsque per os est editus aer,
Deserit extemplò venas, atque ossa relinquit,
Noscere ùt hinc possis, non ęquas omnia partis
Corpora habere, nequè ex æquo fulcire salutem,
Sed magis hæc, venti quæ sunt, calidique vaporis
Semina, curare, in membris vt vita moretur,
Est igitur Calor, ac Ventus vitalis in ipso
Corpore qui nobis moribundos deserit artus.

Si igitur dictus Ignis constituit partem substantię viuentium, debet is quoquè, subiectum esse sanitatis dulcedine sua, ac temperię, febris autem, si excedat, & exuperet, quandòquidem vni, eidemque subiecto inesse debent sanitas, & morbus, *Contrariorum eadem est materia. Arist. 4. Phisic. cap 6, text. 84 Somnus, & vigilia circà idem susceptibile fieri videntur, idem lib. de Somno, & Vigilia. cap. 1. Morborum diferentiæ in spititu. Hipoc. lib. 2. de alimento.*

Hippocrates Rursùs veritatem hanc illustrat secundo Epidem; *Animus*, ait, *humanus ad mortem vsque producitur, cum verò intensior fuerit, vna cum morbo corpus depascitur.*

Eo.

Eodem sensu febrem vocat Ignem, quia excitatur à violentia illius, qui conseruat corpora nostra per sanitatem temperie, sua: Ignis, ait idem vir illustris, vel febris, prehendit *Philistin Hermocratem, Chærionem, Filiam Eurianactis, Methonem, Clazomenium,* & alios 1. & 3. Epidem.

In eadem sententia fuit Plato, ait is in Timeo, quandò corpus ignis excessu languet, continua febre laborat.

Lucretius Febrem descripsit, ardorem genitum ex illo igne, quem antiqui olim Animam dixere, *Mentis qui gignitur æstus.*

Aristoteles Lib. 1. Problem. Problem. 59. ait, sicuti præter corporis partes solidas duo sunt principia, scilicet Ignis, & alij humores, qui temperati sanitatis sunt causæ, 8 sic dantur morbi ab illorum exuperantia geniti, quos vocant morbos Ignis, (hi febres) & morbos Roris, vndè sequitur, 9 *Febrem nihil aliud esse, quam corporis calorem excedentem, ortum ab exuperan-*

---

8. *Morbi alij sunt ab igne, alij à rore creantur, curat morbos ignis ros, roris ignis, hic enim exsicat rorem, Aristotel. ibi*

9 *Auctor illius libri, Galeno ascripti, cui titulus* Historia Philosophica, *hanc febris definitionem tradit. Febris est motus sanguinis, conceptacula Spiritus subintrantis, & est veluti turbatio in sanguine à spiritu suscitata Negat Borellus, quod febris accendatur turbato in suo Motu sanguine, nimiùm fermentato, vel alitèr alterato, negat paritèr, quòd excandescentiæ febrilis causa sit irritatio in Corde facta à sanguinis mordicitate, sed ipse supponit primam, & immediatam fibrium causam spirituum irritationem in neruis, qui ad cor deferuntur, factam à succo nerueo, acriori reddito, succum enim nerueum acriorem reditum causam irritantem, spiritus & neruos irritatos supponit, & hanc irritationem febrem appellat, vndè negat, quod fermentatio, ac ebulitio à Chilo in sanguine exitata sit causa febris, quemadmodùm etiam, quod febrile concipiat incendium*

vantia Ignis illius, qui constituit partem animalium, adeò vt actiones eorum eà proptèr lædantur.

dium sanguis alteratus, vel ab extranea caliditate, uel à putredine uel ab admixtione salis, & sulfuris.

CAPVT SECVNDVM.

De Febre Hectica.

SIcuti Ignis ille æqualis non est in singulis partibus corporis, debilis quippè est in habitu corporis, nè impediatur nutritio, veri ignis vigorem obtinet 1 in corde, 2 & arterijs, ad motum ciendum, hìnc fit, vt varia febrium genera inducat.

Si ille, qui habitum corporis occupat, nimioperè accendatur, febrem generat 3 Hecticam.

Vt innotescat, qnomodò species hæc febris producatur, supponendum est, Ignem, & sanguinem, ex quibus constituta sunt animalia, dominium debere obtinere, ac quasi alternis vicibus se

1 *Anima humana in sinistro cordis ventriculo habitat, & reliquæ animæ imperat. Hippoc. lib. de Corde.*

2 *Igneus est illis vigor. Virgil. 6. Æneidos.*

3 *Licèt verum sit, vestigia febris Hecticæ quàm maximè in corporis habitu aparere, quoad consumptionem, & emaciationem, reuerà tamèn totum Corpus huiusce febris subiectum est statuendum, imò vti notat* Piens, *in nulla febre potiori iure, quàm in Hectica vitium in sanguinea massa est collocandum, quommodò autem Febris Hectica à Sorbait deffiniatur*, Calor præternaturalis pululans ab anima, *non video, hæc enim definitio alitèr intelligi non potest, quàm quòd sit calor proueniens ab augmento illius ignis Vitalis, quem animæ corporeæ nomine donari, vidimus.*

4 *Secun-*

se inuicem 4 superare, adeò vt modò vnus, modò alter dominium obtineat, nec tamèn se mutuò omninò conficiant: Per diem, & vigilias exsuperat Ignis in partibus exterioribus, refrigerium sanguinis in partibus internis, ideòque si tùnc temporis constringantur corpora, præsertim æstate, frigidiuscula deprehenduntur, eò quod refrigeratio ab interioribus procedit: Ignis ille, qui ex corde, & arterijs in habitum corporis exteriorem diffunditur, 5 illùc allicit humorem è venis, à quo debet irrigari, & nutriri, at verò cùm per noctem, & per somnum, ignis retrocedat ad partes internas per easdem arterias, eà proptèr accidit, nos corpora calidiora 6 contactu deprehendere, hyeme præsertìm, humore delato à venis ad partes corporis interiores, illas irrigandi, & alendi gratia, interìm dùm humor, qui ad partes exteriores delatus est, ad illarum irrigationem, suprà ignem dominium obtinet, 7 crassescit, adhæret partibus, quo pacto perficitur nutritio, noctù in partibus exterioribus, 8 per diem in interioribus.

Qua-

4 *Secundum partes vtrumque (ignis nimirum, & aqua) superat, & superatur, Igni suus est impetus, & aquæ item suus.* Hippoc. 1. *de Ration. Vict.*

5 *Nutritio fit superueniente alimento ab igne humido*, Hippoc. *de Ration. Vict.*

6 *Vigilans externis partibus calidior est, frigidior internis, dormiens viceuersa.* 2. *Epidem.*

7 *Nutritio fit superueniente alimento ab aqua sicco: de Ration. Vict.*

8 *Nulla ratio hoc suadet, nàm partes omnes succo nutritio æquè saturantur à sanguine, quo perenniter, & pleno cursu irrigantur, & inundantur æquè per lucem, ac per tenebras, quià tamèn somni tempore, cessantibus nimirùm motibus spontaneis, spirituum minor fit dissipatio, vndè fluxu minùs interrupto, & continua magis serie*

ad

Quapropter dixit Hippocrates, Nutritionem fieri per lucem, & tenebras, *Lux orco, tenebræ luci, tenebræ illorum res peragunt* sunt verba Hipp. quia sicuti ignis ille, ex quo animalia conflata sunt, accedit ad partes internas, & externas corporis, tanquàm Sol ad oppositos horizontes, & eò allicit humores ad irrorationem partium; ità si contingerit, vt non illucescat ampliùs in quapiam parte, ad quam delatus fuerit, tunc humor in ea dominatum capescit, ac frigore suo agglutinatur, & adhærescit partium illarum substantię, perficitque nutritionem.

Sin' eiusmodi Ignis, qui corporum nostrorum habitum occupat, eò vehementiæ deuenerit, vt agglutinationem humoris impediat, tùnc temporis inuadit Febris Hectica, per somnum manifestationem habens à caloris augmento, ac sæpè per sudores, per vigilias, ab augmento quoque caloris post' pastum; sicuti enim corporis habitus nimioperè incalescit ab huiusmodi febre, (etsi plurima temporis parte insensibilis sit, præterquàm per illius effectus, qui tamen seriùs innotescunt) exempli gratia

9 à

---

ad viscera deriuantur, hinc est, quòd digestiones, & concoctiones meliùs, & commodiùs per somnum fiant, Chilus prætereà, sanguineæ massæ affusus, magis perficitur, & partibus quiescentibus meliùs, quàm ijs in motu existentibus particulæ nutritiæ apponuntur, vndè nutritio melior, & commodior per somnum fit, videmus enim infantes eò magis nutriri, & cresere, quò magis dormiunt, & adultos à somno dedita, eo pinguiora fiunt, vndè extat illud Martialis de Glire.

Tota mihi dormitur hiems, & pinguior illo,
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Sed siuè per noctem, siuè per diem dormiat Animal, æquè semper facilior; ac melior nutritio per somnum habetur, quæ melior, & facilior nutritio habetur simùl, & semèl in partibus interioribus, & exterioribus.

9 à pastu, non secùs enim alimenta interiora corporis calefaciunt, ac à stercoribus 10 terra incalescat, ideòq; à cibo, calore è stomacho, & habitudine corporis aduenientе, plùs solito calemus; ità contingit per somnum, quia sicuti tunc temporis arteriarum ignis confugit ad partes interiores, illasque calefacit, sic calor ille coniunctus calori reliqui corporis in causa est, vt febrem persentiamus, vtùt exigua illa fuerit, quæ humores allicit ad partes corporis, impedit autem illorum adhæsum, quapropter 11 ad maciem corpus deducitur, sudores noctù per somnum erumpunt, quia id, quod anteà halitus forma è corpore eua-

---

9 *In Febre Hectica ab assumpto cibo calor intenditur, quacumque hora sumatur, etiam mutata per plures dies sumendi hora, eius intensionis duratio habetur per totum tempus, quo Chilus distribuitur, qua distributione absoluta calor ad priorem suum statum se redigit, & semper eiusdem gradus, ad nouam vsque cibi assumptionem perseuerat, non aliundè igitur, quàm ex admixtione Chili cum sanguine illius intensionis causa quærenda est, cùm enim acriorem iam indolem habeat in Hectica febre Cruoris Massa, ideò nouo accedente Chilo, oritur inequalis mixtio, & nocua lucta, propter partium irregularem figuram, & inæqualem mixturam, ex hac autem pugna, vel lucta caloris intensio deriuatur, qui cessat domitis, vel eliminatis Chilosis particulis*

10 *Venter calefit dùm impletur, tanquàm terra stercorata. Hipp; lib. de Humor.*

11 *In Hecticis sanguis, vtpotè acris, & salsus, non nutrit partes, sed potiùs corrodit, particulæ enim salinæ acres, & voraces sunt, & Balsamicas, ac Oleosas ad nutritionem aptas planè deuorant, sic homo ille in Oeniadis, cuius mentionem facit Hipocrates, ab acriori sanguine ad extremam Maciem deductus fuerat,* non enim accedebat ei alimentum à cibis cum comedisset, *quod autem ab acriori sanguine contabescentia illa, ac emaciatio procederet, ostendit*

5. Epi-dem. n. 6.

sana-

uadebat, in sudores 12 condensatur, & concrescit à frigiditate partium exteriorum per somnum: 13 sic deiectiones liquidæ sudoribus illis frequentèr se adiungunt; ac demùm imminuto igne, à dissipatione substantiæ, cuius partem constituit, humor inutilis iterùm dominium obtinet, hinc corpus intumescit, ac præsertim 14 pedes, morte dæmùm subsequente.

---

sanatio, secta enim vena in vtraque manu, vsquè dùm exanguis redderetur, iuuatus est, & à morbo liberatus,

12 *Cùm Chilosa substantia ob Vitiosam Cruoris diathesin assimilari nequeat, ad partes nutriendas delata, per poros Cutis elabitur, & per ambitum corporis esluit, vndè sudores, qui colliquatiui appellantur.*

13 *Liquidas deiectiones maleficas esse semper in morbis, docebat Hippocrates in Coacis Prænotionibus, quò magis malefice erunt in Hecticis, vbi consumatam tabem, iuxtà eiusdem Diuini Præceptoris effatum prænunciant*, à Tabe habito profluuium Alui superueniens lethale. *Sect. 5. Aphor. Aphor. 14.*

14 *Crura intumæscunt, & Pedes, vel ob Materiæ purulentæ mætastasin, vel ob disrupta Limphatica, quæ ab acriori, & crassiori limpha in ipsis stagnante disrumpuntur.*

CAPVT TERTIVM.

De Febre Humorali.

FEbris, quæ consequitur Ignis exuperantiam in corde, & arterijs, validior est illa, quam modò descripsimus, in dictis quippè partibus maximus ignis vigor sedem habet.

Eiusmodi febrium duo sunt genera, Continua vna, altera Intermittens, Continua aut accidentalis est, aut essentialis: Accidentalis ea est febris species, quæ vt plurimùm inflamationes internas consequitur, sicuti Pleuritidem, Peripneumoniam, &

alias eiusmodi, morbi essentiam constituentes, cuius febris est socia, & effectus.

Essentialis febris à nullo alio affectu originem ducit, ipsaque sola morbi essentiam constituit.

Tres illius recensentur species, præter Ephemeram, quæ nihil aliud est, quam sola intensio caloris sanguinis, citrà humorum à massa sanguinea segregationem) Prima est, quam vocamus Febrem Continuam, vel Synocham: Secunda est, quam dicunt Periodicam: Tertia est Maligna.

Intermittens febris, vel quotidiè reuertitur, estquè Quotidiana, vel vna die, non altera, eaque est Tertiana, vel quarta quaque die, diciturque Quartana.

Dictæ febres quandòque sunt simplices, aliquandò duplices, & triplices: Si Tertiana euadat duplex, singulis diebus paroxysmus redit; Si Quartana sit duplex, duos ex ordine habet paroxysmos, altera dies febre libera est.

Quarundam febrium paroxysmi rariùs ingruunt, nomen accipientes à periodis, sic Quintana à quinta die, qua paroxysmus apparet, Septimana à septimo, & sic deincèps, & eiusmodi rarissimè contingunt: sunt & Erraticę, quarum paroxysmi nullam periodum certam obseruant: Continua intermittenti sæpè copulatur, si Quotidiana continua connectatur febri Tertianæ simplici, febrem Hemitritęum dictam, aut Semitertianam constituit, vna die paroxysmum habentem, altera non; singulis autem diebus circà vesperam exacerbatur febris quotidiana continua, si febris Tertiana sit duplex, quotidiè paroxysmus exoritur, cum eadem exacerbatione.

Multæ prætereà extant aliæ complicationes febrium intermittentium, inuicèm commixtarum, quas silentio prætereo, vt & differentias ortas accessione syptomatum, 1 sępè numerò concomi-

1 *Siluius Febres Siticulosas, Famelicas, Anhelosas, Asthmaticas, Tu-*

comitantium: sufficiat dixisse, dari febres Horrificas, Syncopales, Diaphoreticas, alias, quas comitatur Hydrops, alias Hepatica affectio, quarum exempla aliquot traditurus sum.

Tussiculosas, Emeticas, Catharticas, Sudatorias, Vreticas. Sputatorias, aliasque innumeras recenset: Sydenam enumerat præterea febres Dysinthericas, Pleuriticas, Peripneumonicas, Scarlatinas, & alias plurimas; videantur Poliantbes Medicus Theoph. Boneti, eiusdem Mercurius Compitalitius, Piens de febribus, Bibliotecha Medica Doctissimi, ac de Republica Medica adeò benemeriti Ioann' Iacobi Mangeti.

CAPVT QVARTVM.

De Causa Febrium Humoralium.

A Quo tempore Accademia 1 Medica Londinensis, pessimo fato admisit Doctrinam circulationis sanguinis ab Har-

1 *Quod Doctus iste Vir post tot accensas faces ab Henrico Regio, qui validissimos Primerosij arietes retudit, à Georgio Entio, qui Parisani machinas labefactauit, à Paulo Marquarto Slegelio, qui Riolanum neruosè adeò, & eruditè confutauit, adùch voluerit cæcutire, mirarer sanè, nisi à Bartolomeo Eustachio in Ossium examine, hæc prolata vidissem*, magìs expedire, decereque, putandum est, Galeno duce errare, quam his, illisuè Magistris hodiè erudiri nè dicam cum ijs vera sentire. *Veternum tamèn, & palpabiles nimium tenebras discutere, poterat Auctor, consulto eruditissimo Vopisco Fortunato Plempio in Accademia Louaniensi Professore Primario, qui de sanguinis Circulatione hæc ingenuè, & candidè profert.* Primùm hoc inuentum mihi non placuit, quod & voce, & scripto publicè testatus sum, sed dùm posteà eidem refutando, & explo- *Fudam. Med.*

 plo-

Haruæo in lucem 2 emissam, cęteri verò sequaces fuere opi-
nio-

plodendo vehementiùs incumbo, refutor ipse, & explodor, adeò sunt rationes eius non persuadentes, sed cogentes, omnes examinaui, & in viuis aliquot Canibus, eum in finem à me dissectis, verissimas comperi: *vel consulto altero illo Medicinæ fundatore Gottofredo Moebio, qui testatum reliquit, firmis adeò fundamentis ab Harueo sanguinis circuitum probatum fuisse,* vt Veritas, non quasi in Crepusculo micet, sed seù in medio constituta Cœlo fulgentibus radijs totum litterarium Orbem illustret; *& tamèn hebetes quorundam occuli caligant adhùc.*

Fũdam. Medic.

2 *Indignatur doctus iste Vir Accademiæ Londinensi, indignatur litterario orbi, quòd doctrinam Circulationis admiserint, indignari Naturæ opportebat, quod perenni aquarum circuitu in magno Mundo, perpetuò sanguinis circulo in paruo, eorundem voluerit consultum indemnitati, non autèm Harueo, qui primus omnium hunc motum in lucem potrhaxit; sibi persuaserat olim' Ioannes de Muralto, à nemine ampliùs in dubium reuocari, posse sanguinis circuitum, qui occulis, vt ipse ait, videtur, manibus tangitur, ratione comprehenditur adeò, vt in rerum natura certiùs nihil existat & tamèn annis proximè elapsis non solùm in dubium reuocare sanguinis circulationem, sed illam prorsùs euertere, ac sophisticis quibusdam rationibus, & argumentis confutare ausus fuit* Homobonus Piso *Phisicus Cremonensis, edito libello, cui titulus,* Vltio Antiquitatis in sanguinis Circulationem, *quo tamèn opusculo nè minimùm quidèm concutere potuit valida circulationis sanguinis fundamenta, iàm ab Harueo posita, atque ab alijs posteà doctis viris solidè adeò stabilita: Huiusce autèm viri argumenta quàm parùm roboris habeant, & quàm leuiter sanguinis circuitum feriant, nuperrimè docuit Marcus Antonius Maderùs in sua prò sanguinis Circulatione Appologia Venetijs ædita, in hoc enim opusculo neruosè admodùm Pisonis argumenta confutantur, ac vibrata contrà Circulationem iacula repelluntur, & equidèm nunquàm animo complecti*

ti

ti potui; quomodò voluerit Piso, relicto sensu, infirmas adeò, ac debiles querere rationes, quomodò voluerit in hac re cæcutire, in qua occularis inspectio tantam lucem afferre, potest, certè ipsis occulis patet, sanguinem intrà cordis sinus receptum ibidem diutiùs non morari, sed singulis cordis constrictionibus in ipsas patentes Arterias propelli, constat pariter, nequè in ipsis Arterijs quiescere sanguinem, nequè hærere, aut morari, sed vlteriùs ad Corporis ambitum protrudi, vbi non restagnat, nec subsistit, nequè totus aut in alimoniam partium abit, aut insensibilitèr per cutis poros effluit, ergò quod in alia effundatur vasa, quod Venas subintret prò circuitu necessè est, præterea occulis patet, continuò sanguinem à Corde in Arterias propelli, ergò quod Cordi continuò sugeratur, oppertet, at vndè, qua via, quo ductu, non alio sanè quàm Venarum, nequè enim alia Vasa, quàm Venæ sanguinis fluenta ad Cor deuehunt, tandèm occuli ipsi vident, *dicebat Cæsalpinus*, quod ex Vinculo intumescunt venæ vltrà locum aprehensum, non citrà: Vinculum enim adhibent citrà locum sectionis, non vltrà, quia tument Venæ vltrà Vinculum, non citrà, *contrà huiusmodi euidentias igitur ad quid cauillari, ad quid sophisticis pugnare rationibus, & argumentis, vtinàm vidisset Piso ea, quæ à Doctiss. VVepfero in hanc rem prolata fuerunt, fortasè aut calamo temperasset, aut stillum contrà Circulationem sanguinis non acuisset, dicebat igitur VVepferus huic prçclaro inuento addictus sum, cum non semèl hanc sententiam publicis scriptis aßeruerim, non solùm in tractatu de Apoplexia, sed iam antè 30. annos in disputat. mea inaugurali de Palpitatione Cordis, & non ità pridèm in historia Puellæ sine Cerebro natæ, certè me tçderet, Medicinam vnquàm didicisse, vel illam profiteri, si hanc ignorarem, neminem ità propria putatitia scientia tantoperè fascinatum esse, aut ità ab inuidia, aut superbia, vel nescio quo supercilio excecatum fore, credam, cui non volupè sit, vel tantillum operæ huic studio impendere, ne se toti mundo ridiculum præbeat, Nosti Æmilium Parisanum egregiè hoc nomine à Riolano vapulasse, quamuis ipsemet non plenè huic assenserit, quamobrèm meritò à*

Sle-

nionis vitæ humanę 3 tam infensę, quandòquidem sanguinem ipsum,

---

slegelio castigatus fuit, cui sordent Harueus, VVallexus, alijsque huiusce generis viri optimè meriti, perlegat Conringium veteribus, si quis alius, addictissimum, certè nisi veritatem eiurarit, tandèm manus victas præbebit; Inclita Vniuersitas Lugduno Batana tale iudicium de hac materia ad me scripsit, Miramur esse hoc seculo, qui circulationem sanguinis negent, aut etiam spernant, eique hæreses multas in causis Morborum tradendis adscribant, sed hoc quidem veritati ordinarium, ut non habeat inimicum, nisi &c.

3 *Naturæ humanæ infensam, & pessimo fato admissam hanc opinionem asseuerat, & tamen Philosophiæ ac Medicinæ, ex obseruato hoc sanguinis motu, maximam accessisse vtilitatem, eleganter satis, atquè difusè docuit sapientior factus Ioannes Riolanus, & tamen notauit Clarissimus Vir Georgius Entius, quod Harueus sanguinis circuitu Methodicæ sectæ fundamenta confirmauit, & dogmaticæ nouam prætulit facem: vndè sanè mirari liceat, quod Auctor Epistolaris illius disertationis,* De Recentum Medicorum studijs, *acritèr adeò contrà recentes inuehat Anatomicos, eorundem studia reprehendat, atque labores, quin ingentes illos conatus, quod in acurata Viscerum indagine, sedula minimarum vndique partium scrutatione impendunt, parui adeò pendeat, ac flocci faciat, ipsosque scrutatores quasi lubidrio habeat, ac veluti ingeniorum corruptores damnet, ac accuset, non æqua enim ratione ab eodem prolatum mihi videtur, quod nulla sit Anatomes ad praxim Medicam feliciter exercendam vtilitas, quod nichil solidiori Medicinæ inseruiant Anatomica studia, quod nulla fuerint post tot inuenta lactea vasa, lympaticos ductus, Venarum plexus, post tot detectos fluidorum motus, partium vsus, artis medicæ incrementa, quòd hodie nulla fælicior sit Morborum cura quod* adùch' æquè *funesti sint morborum exitus, & quod notante Gremblio,* studium Anotomicũ antè mille annos non erat tàm celebre, & forsan' cura fęlicior, *hæc omnia inquàm par-*

De vsu Part. §. 13.

ipsum, qui nobis lethum infert, quandò ventriculum cordis si-
ni-

parùm æqua ratione contrà Recentum Medicorum studia prolata videntur, quandò Maximam esse illam vtilitatem, quæ ab Anatome Medicinæ accedit, apertè nos docet Galenus pluribus in locis, & potissimùm lib. 3. de locis affectis, vbi postquàm docuerat, quòd si aliquandò per totum corpus neruorum actio vitiosa redditur, ipsorum principium affectum esse constat, inquit *posteà, quòd* quale sit hoc principium ex sola Anatome dignosci potest, *& rursùs paulò infrà ait*, cæterum ex Anatome discimus, quod omnes animantis partes sub Ceruice positæ, quę consilio, & voluntatis imperio moueri possunt, neruos habeant, qui eas moueant, procedentes ex spinali vocata Medulla, *& tandèm postquàm plurimas exposuit vtilitates. quæ ex præhabitis Anatomicis obseruationibus resultāt in curatione Morborū, qui in systemate neruoso passim occurunt, concludit*, igitur si ex Anatome neruorum ad singulas partes venientium principia didiscerit meliùs eorum, & sensū, & motum deperditum curabis, *en' igitur quantam ad fæliciorem Morborum curationem* conferat vtilitatem *Anatomes, en' quanta eiusdem sit ad praxim Medicam fæliciter exercendam vtilitas, nè dicam necessitas, quod pariter docebat Galis p. de locis Affect. Cap. 7. ibi enim gloriatur, quod edoctus ex arte dissecandi Corpora, admouerit spinæ medicamenta, vt Manuum digitis deperditum iàm à 30. diebus restitueret sensum, maximum hanc Anatomes vtilitatem, itque necessitatem, tùm ad partis affectæ dignotionem in Morbis, tùm ad eorundem curationem docet præterea & 4. de locis aff. cap. 4. & 6. cap. 5. docet 20 de decret Hippoc. & Platon. cap. 6. pariter lib. IX. cap. 4. de format. fœtus cap. p. & v. Method cap. 10. vbi contrà Medicos inuehit, quod Corporum dissectionem auersentur 6. Meth. cap. 4. & 13. cap. 9. & 21. & tandèm dùm querit, an sanguis Natura in Arterijs contineatur, ad dissectionem Anatomicam prouocat, vt constet de veritate eorum, quæ ibi docet, quantùm præterea*

reà Anatomen Medicò necessariam putauerit idem Gal. ex eo facilè inferre licet, quòd diligens adeò ipse fuerit Anatomes Cultor, nequè enim frequentèr adeò corporum dissectionibus admouisset manus, nequè tot, & tanta seù de Anatomicis administrationibus, seù de Viuorum Anatome, seù de administrandis consectionibus scripsisset volumina, nequè Medicinæ studiosis, frequentèr adeò inculcasset, vt se exercerent in Corporum dissectionibus, nisi vtiles illas admodum Medico, & necessarias putasset, quę quidèm Corporum dissectiones, licet Medicum pracisè non faciant, doctiorem tamen, & sapientiorem faciunt, nequè etiàm Hippocrates aut parùm vtilem, aut minùs necessariam Medico putauit Anatomen, lib. enim de locis in homine dicebat, At verò corporis natura principium in artis Medicæ speculatione obtinet, *quam vt probaret propositionem imediatè posteà agressus fuit plurium corporis partium Anatomicam descriptionem quam prosequitur etiam lib. de ossibus, lib. de Corde, de Glandulis, & de Corporum resectione, vt inumeras prætercam eiusdem Praceptoris auctoritates, per quas manifestè constat plurimùm Medico necessariam ab ipso habitam fuisse Anatomicam cognitionem, & vndique ab eodem inculcari,* necessarium esse, vt omnis Medicus de Natura sciat, & omni studio annitatur, vt cognoscat, si modò aliquid eorum, quæ fieri debent rectè præstare vellit, *hæc pariter fuit Cornelij Celsi sententia, qui docebat,* necessarium esse incidere corpora mortuorum, eorumque viscera, atque intestina scrutari, vt scilicet cum in interioribus partibus dolores, & Morborum varia genera nascuntur, opportuna ijsdem possint adhiberi remedia, *& paulo infrà* incidere autem viuorum corpora, & crudele, & superuacaneum est; Mortuorum corpora discentibus necessarium, nam positum & ordinem nosce debent, quæ Cadauera meliùs, quàm viuus, & vulneratus homo repręsentant, *Principum igitur huiusmodi Virorum auctoritate constat, quam parùm æqua ratione Auctor illius epistolaris dissertationis anatomica recentum Medicorum studia improbauerit, ipsāque Anatomē parùm, aut nichil solidiori Medicina in-*

ne inseruire, pronuncianerit, quemadmodùm parū æqua ratione ab ipso prolatum, fateri fàs est, tot animi conatus huc ùsquè nō promouere praxin, tot vigilias ad profligandos Morbos esse superfluas, nèc fræquenter nouos vsus inducere, alijs vitibus vulgatos oblitterare, sæpè nihil certi indè doceri, nonnunquàm euidentem actionem contrà communiorem sententiam stabiliri, sed non augeri Medicinalem materiam, nec Medendi Methodum immutari, *cui enim non constat recentiores reformasse, & in multis mutasse practicam*, etenim *dicebat doctissimus, & laudatissimus Malpighius*, pòst inuenta Anatomica ordinatè disposuerunt Morborum seriem, eorundem generationem, & curationem, iuxtà ordinem æconomiæ Animalis, sequentes transitum cibi in Chilum versi, chili in sanguinem mutati, sanguinis in varijs visceribus depurati, bilis, succi neruei, aliorumque fluidorum à sanguine secretorum, exponentes varias morbosas mutationes, quæ accidunt in hac æconomia, & ab ipsis eruentes à priori indicationes, quibus conati sunt satisfacere, proponentes remedia à priori, & posteriori nota, quod totum elucet in Siluio, VVillisio, Ettmullero, & alijs, *longum nimìs esset, plurimas illas hic recensere vtilitates, quas atulit Anatomes recentum studijs illustrata, vel ad Morborum diagnosim, vel ad eorundem curationem, à detecta Lienis structura elucèscit non solùm Modus illum conseruandi in statu naturali, sed & eidem medendi, quotiescunque illius Æconomia peruertatur, patefacta epatis structura, ac genuinus eiusdem vsus detectùs, quot' affectuum prętcr naturam ętiologiam, quot Morborum causas in apertum posuit, quorum etiam fęliciorem indicauit curationem, detectis glandulis sublingualibus, parotidibus, miliaribusque, in Palato, & Trachea existentibus, nec non salientibus ibidem saliuę fontibus, aut linphę riuulis Catharorum fons, & origo detecta tandèm fuerunt, & patefacta. Asthmatis productionem, Phtisis generationem illustrarunt detecta vesicularis pulmonum structura, detecti retiformes illi in Pulmonibus vasorum plexus, quantam afferunt lucem prò hydropis seù Thoracis, seù Abdominis*

nistrum subingreditur per arteriam 4 venosam, aut per aortam, vitæ nostræ fundamentum constituit, adeò inualuit opinio missam esse faciendam Doctrinam 5 antiquorum Medicorum, Hip-

minis curatione glandulosa Pleuræ, atque Peritonei interpunctio, tot illæ obseruatæ hinc indè per viscera infimi Ventris limphaticorum excursiones, quantam afferunt vtilitatem prò Rheumatismi fęliciori cura, nec non Rachitidis, & Scorbuti, aut intimiùs enucleata ossium structura, aut nuperrimè detectæ glãdulę mucilaginosæ, verùm si nulla alia fuissent medicæ artis incrementa, si non alio recentum inuento reformata fuisset Praxis Medica, certè plurimùm adeò aucta fuit post' detectam ab Harueo sanguinis circulationem Ars medica, à tot erroribus repurgata Praxis, vt sanè hoc sufficiat ad euincendum, quod non æqua ratione fuerint Anatomica studia damnata, & tanquàm Morbis curandis minùs opportuna, & promouendis Medicinæ incrementis parùm conuenientia, prouulgata.

4 *Si Veritatem rimari, atquè intimiùs in ipso naturælibro perscrutari, voluisset, poterat facilè dissecta Lacerta erudiri; deprehendere enim ei facilè fuisset, lethalem nequaquàm esse descensum sanguinis per Arteriam venosam in sinistrum Cordis ventriculum, quandò vidisset in aperto animali pro varia eiusdem Cordis Sistole, & Diastole sinistrum ventriculum sanguine per Arteriam Venosam depluente repleri modò, modò exinaniri, vidisset prętereà rapido cursu defferri per vasa sanguiflua sanguinem, quod etiam facilè obseruari, potest, in ipsa Lacerta, absquè quod disecetur, cum cutem, & vasa transparentia habeat, & diaphana: poterat pariter disectis Ranis erudiri, vbi facilè pręmonstrante Doctissimo, & Diligentissimo Marcello Malpighio Circularem Sanguinis motum per vasa pulmonaria obseruaßet.*

5 *Ab obseruato sanguinis motu non inualuit opinio, missam esse faciendam doctrinam Antiquorum, sed inualuit opinio, piaculum non esse, aliqua in re veteribus aduersari, non enim sola Antiquitas veri-*

Hippocratis præsertim, ac potiùs propriæ rationi, ac experientiæ adhęrendum, vt ex interuallis temporum plura monstra in Medicina, quàm in Affrica olìm prodierint: non hic comprehendo, quæ recens per Anatomen depræhensa sunt, à me adprobata, & laudata, etsi nihil hactenùs compertum, quod Hippocratem latuerit, imò sæpissimè repudiauerit, sed opiniones emissas in perniciem generis humani explodo.

Rè verà quidam eò vsquè ingenui fuere, vt Hippocratem dictæ circulationis auctorem statuere, voluerint: erroneam illam sententiam, fraude sua celeberrimam, legere nobis licuit inter, ęlogia, concessa Diuino illi Viro (quam tamèn cooceptis verbis refellit) apùd Van' der Linden, initio vltimæ editionis, illius operum.

Vvillis adeò inebriatus 6 est fabulosa hac opinione, vt (hæc eius sunt verba) *non modò in amouendis prioris structuræ ruderibus, sed marmore, tabulatis, reliquaque materia vbertim suppeditanda fæliciter desudarit*, multos enim progressus se fecisse, retur libro edito de Febribus, & Fermentatione, sed reuera succus 7 ille nutritius phantasię tantùm opus, quem credit circulatio-

---

veritatis Tessera est, & licet multùm ęgerint, qui antè nos fuerunt, non peregerunt tamen, *dicebat Seneca, nàm, vti inquit idem Philosophus, licet plurima hùc vsque fuerint fęliciter inuenta, atque detecta, non omnia tamèn fuerunt reuelata naturæ* Mysteria, *plurima adhuch' remanent abscondita, plurima aduch' in naturæ thesauris reseruantur, futuris seculis reuelanda.*

6 *Patrono non indiget VVillisius, cui non alia ratione irascitur Auctor, nisi quia, & ipse sanguinis Circulum admisit, VVillisij doctrina iàm totius literarij Orbis plausus promerita fuit, atquè in multis assensum.*

7 *Succum Nerueum phantasiæ tantùm opus appellat, quid mirùm? fabulosam aßerit de sanguinis circulo opinionem. Quod reuerà fluidum*

latione ex habitu corporis in venas deferri, nouas vires resumpturum, quem constituit materiam fermentatiuam, siuè fermentum, quod ex eius sententia, febrium est causa. Spiritus ille, sulphur illud, nitrum, substantia illa heterogenea, & explosiua, ac reliqua, tàm sæpè in proscenium adducta, facescere propemodùm iussis hnmoribus, interdictione potiùs publica à Magistratibus, & Dynastis, tanquàm mera deliramenta digna sunt, vtpotè hominum pernicem intentantia, & rei litterariæ, quàm vt refelli mereantur.

Sed quàm verisimile, inquit, vt humores pro causa febrium admittantur, siquidèm in nostris corporibus nulli sinceri extant? fateor, in nobis humores sinceros non reperiri, res naturæ non meliùs gererentur, si eiusmodi extarent: Quem, præter vnum VVil-

---

dum aliquod salino volatile defluat per neruos, semper sum arbitratus, & potissimùm per neruos sextæ Coniugationis, quod intrà glandularum sinum deponi, suspicor, vt ipso fæcundetur Linpha, nouis viribus augeatur, & ità, cooperante specifica actione fermenti, (quod prò diuersa glandularum natura, diuersæ indolis admitto) œconomiæ animali vtilis, & suis vsibus opportuna reddatur. Rationes, & argumenta, quæ euincunt hoc fluidum salino volatile per Neruos (sextæ Coniugationis potissimùm) defluere, videri possunt in Anatome Chirurgica glandularum à Francisco Maria Giglio, olim Ciuitatis Comachli Chirurgo Primario, ædita huic enim acuti ingenij Viro meam hanc communicaui sententiam, & quæ me mouebant rationes, quarum aliquas adducit prima parte, sectione prima, capite quarto, non per hoc excluditur tamen quin etiam per reliquos neruos defluat aliquis Succus, licet fortasse in alium finem, ac vsum, præterquamquòd enim vehiculum spirituum animalium stabiliri potest, plurimùm etiam partium nutritioni confere, suspicor, non quod alimentum immediatum partium sit ipse, sed saltèm succi alibilis coagulationem promoueat, & aglutinationem.

8 *Li-*

VVillisium, latere potest, humores sinceros certa esse indicia insignis 8 putredinis? id quòd ab Hippocrate ostensum in Dezippi 9 historia. Eadem ratio est humorum, 10 & elementorum, quę non solum intèr se commiscentur, sed & vnumquodque in propria regione dominium obtinet, & singulæ substantię, quæ ex elementis ortum ducere debent, in eorum sinu latent, Humores illis proportione respondentes in massa sanguinis non minùs vna commiscentur, adeò tamèn vt quisque cæteris prædominetur ea in parte, quæ illius est fons, & origo, tanquàm 11 in propria regione, bilis in iecore, pituita in capite, verus sanguis in corde, melancholia in liene, quapropter vt plurimùm si à prædictis humoribus morbi excitati fuerint, partes illæ malè constitutæ sunt. At verò quęlibet substantiæ dissipationem partium corporis humani resarcire aptę natę, humoribus commistæ sunt, vbi verò ab illis secernuntur, ac partibus adiunguntur, 12 illis omninò assimiliantur.

An

---

8 *Licet quandòque sincera excrementa, vomitu, vel per aluum reiecta putredinis inditia habenda sint ex Hippocrate, non ideò tamèn inferendum, quod humores sinceri in corpore certa putredinis inditia sint; sed videatur de hac re Martianus.*

9 *Mutationes, si non in deteriora mutentur, bonæ sunt, quod in ijs vomitibus accidit, qui sumpto medicamento in febribus fiunt, in quorum extremo, quæ sincera, & meraciora vomitu reiecta sunt, putredinem significant, quemadmodùm DeZipppo contingit. Hipp.* 2. *Epidem Sect.* 2.

10 *Effætam iàm, & rancidam hanc quattuor humorum cum quattuor elementis annalogiam, missam fecerunt recentum Scholæ,*

11 *Fons pituitæ caput, cor sanguinis, lien aquę, bilis locus in iecore est, Hippoc.* 4. *de morbis.*

12 *Omne alimentum additur cum sit simile simili. Arist.* 8. *Physic.* 7.

An' nouum 13 quiddam adducit VVillisius, Fermentationē? nemo adeò stupidus, quem lateat corpus, cui tantillum inest humiditatis, & ignis, rarefieri, & intumescere ab actione ignis ex humiditate prodientis, in id corpus vim exerentis: Fimum (ait Hippocrates lib. de Nat. pueri) densiùs pressum maiorem in se calorem habere, quàm rarum: Triticum, & hordeum humidum, & madefactum citiùs multò incalescere: vestes pelliceas vehementer colligatas, & compressas peruri, vt ego vidi: sed re verà noua res est, eaque stupenda, Fermentationem statuere tanquàm causam, 14 & curatricem morborum, quid VVillisio in mentem venit? En' paucis ex Hippocratis mente rem deductam.

Sunt morbi quidam, ad quorum curationem humoris alicuius fermentatio procuranda, eodemque tempore alterius nimia coercenda: experimento res comprobatur, in febribus malignis essentialibus, quas succus crassus, & atrabilarius, bili coniunctus parit, Fermentatio inducenda est, hoc est incidenda, 15 & attenuanda primò atrabilis, quò per crisis aliquam speciem

---

13 *Nouum non fuit, dari fermentationem, ad Pistrinam detrusi, & ad Panificum, ac Cereuisiariorum furnos relegati fermentationem nouerant, nouum tamèn fuit, quod Naturæ opera fermentationi adscriberentur, & quod abstrusiora Philosophiæ mysteria motibus fermentatiuis enodarentur, quandò in Philosophia fermentationis vocabulo nihil rariùs occurebat olìm.*

14 *Docebat superiùs, quod vni, & eidem subiecto sanitas, & morbus inesse debent, poterunt etiam ab vna, eademque causa dependere, ab eodem scilicet motu fermentatiuo; vnde poterit Fermentatio determinari causa morborum, & sanitatis, febris scilicet, & eorum sanationis, quemadmodùm ipse auctor eundem vitalem ignem sanitatis, & febris subiectum statuit.*

15 *Quam malè cognita fuit Auctori Fermentatio: succorum crassio-*

ciem expelli queat, demùm ad bilem attendendum: Quamobrèm nimia bilis fermentatio coercenda est, quia si acrior, & tenuior reddita fuerit, prior excernitur, quò fit, vt atrabilis ad caput transferatur à bile secreta, per quam in partibus inferioribus detinebatur, mortemque sic accersit: Itidèm si dominium obtineat suprà cęteros humores in maioribus vasis, vel lęsa respiratione, quæ eorum ope peragitur, mortem nobis infert: Acida, inquit Hippocr. lib. de Ratione victus in Acut. hos duos effectus simul in corpore edunt, humores nigros fermentant, 16 ac impediunt bilis fermentationem, quam in pituitam quasi conuertunt; eaque de causa prior prodit bilis: sin' contrarium contigerit, nulla spes valetudinis in ægro, nisi mutatio 17 in excrementis antè crises contigerit, ex flauo, vel nigro in album, vel colorem mixtum, adeò vt flauus superetur. Sed sinamus palpare in 18 tenebris hos noue Medicinę sectitores, quoàd causas febrium, videamus porrò, quid prisci ea de re tradiderint.

Si verum est, nos prospera valetudine frui, quandò humores corpus nostrum componentes æqua proportione 19 in corpore nostro continentur, quoàd quantitatem, qualitatem, &

crassiorum incisionem, & atenuationem Fermentationem appellat.

16 *Aceti aciditas biliosis naturis magis confert, quàm melancholicis, amara enim dissoluuntur, & in pituitam transeunt, dùm ab ipso in sublimè attolluntur, nigra verò fermentantur, & attolluntur, ac multiplicantur, Acetum nàmque nigra sursum educit.*

17 *Mutationes excrementorum iuuant, nisi mutatio fiat in peiora. Hippocr. 2. Epidem.*

18 *Lusciosus ipse Cæcitatis arguit alios.*

19 *Hominis corpus in se sanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam nempè, & nigram continet, ex quibus corporis ipsius natura constat, & per hæc dolet, & sanum est, sanum quidèm,*

& mixtionem intèr se, necessè est, si deficiat illa in humoribus proportio, in morbum hominem incidere, si præsertim reciproca temperies non adfuerit, 20 per conuenientem mixtionem.

Sicuti ex putredine (quę nihil aliud est, quàm 21 separatio illorum

---

dem, vel maximè cum hæc moderatam intèr se, tùm facultate, tùm copia temperationem habuerint, idque præsertim si permixta fuerint, dolet autem vbi horum quidpiam, vel minùs, vel copiosiùs fuerit, aut in corpore separatum, nec reliquis contemperatum. Hippocr. lib. de Nat. Hum.

20 *Hanc spartam exornauit iàm Prosper Martianus; humorum scilicet disgregationem febrium potissimam esse causam, ad mentem Hippocratis satis neruosè, ac eruditè demonstrauit in Commentario eiusdem Hippocratis de Natura Humana textu 17.*

21 *Piaculum superiùs arbitrabatur ab Hippocratis, & Antiquorum doctrina diuertere, & tamèn Antiquorum nunc deserit Castra, nunquàm enim Hippocrates, nunquàm Antiqui putredinem dixere humorum disgregationem, aliud enim est, quod putrescant humores, aliud quod disocientur à sanguine, quemadmòdum aliud est, quod Lac putrescat, aliud quod ab eo serum separetur, vel Butirum, & citatus iam Martianus manifestè, loco iam adducto, docet, putredinem aliud esse ab humorum disgregatione, vbi enim demonstrauit, febres ferè semper ab humorum disgregatione ortùm trahere, docet posteà, febres vt plurimùm accendi absque quod habeantur vlla putredinis inditia, & vlteriùs docet, quod si concedatur, quandòque febrem à putredine excitari, quod in tantùm febris per putredinem excitatur, in quantùm putredo disgregationem inducit, si igitur putredo disgregationem inducit, patet quod ipsa putredo non est disgregatio, sed est quid consequutiuum (quandòque tamen) ad putredinem, alioquin vt plurimùm datur disgregatio, absque quod vlla præcedat putredo.*

22 *Ad*

illorum humorum, 22 qui constituunt massam sanguineam) morbi plerique originem trahunt, Febres speciatim oriuntur ex putredine bilis, quandò ab humoribus secreta dominium obtinuerit suprà reliquos in venis, & arterijs, atquè inibi denuò incaluerit.

In ea fuere sententia quotquot' priscis sæculis illustres fuere; Plato, ait causam febrium esse bilem, 23 quandò in alimentum cedit igni, ex quo animalia composita sunt.

Aristoteles, 24 quoque ait, febrem nobis esse molestam, cum bilis à cęteris humoribus secreta incendium concipit.

Poeta Lucretius eiusdem fuit sententiæ, febrem fieri cum bilis præcellit cæteris humoribus. *Lib. 3.*

Quippe vbi cui febris bili superante coorta est.

Hippocrates rem his verbis determinauit, omnes febres oriuntur 25 à bile (excepta Ephemera) quarum sunt quattuor spe- *De nat. hum.*

---

22 *Ad probandum, quod Putredo nihil aliud sit, quàm separatio humorum, affert hic auctoritatem Hippocratis desumptam ex libro de Ratione Victus in Acutis, vbi ait,* corrumpi idem est, ac Secerni, *sed illud notandum est, quod Hippocrates non loquitur in hoc textu de humorum putredine, nequè de eorundem separatione à sanguine, sed de dissolutione Mixti; quæ Mixti dissolutio (corruptio communiter dicitur) non alia ratione contingit ex Hippocrate, quam facta secretione, seù separatione particularum componentium, quemadmòdum generatio per solam comixtionem particularum habetur, vnde dicebat generare idem est, quod comisceri, perire, & corrumpi idem est, quod secerni.*

23 *Quandò corpus ignis excessu languet, continua febre laborat. Plato in Timæo.*

24 *Febres acutæ ex bile recalcescente inuadunt. Aristot. 1. Probl. Prob. 13.*

25 *Hunc locum diffusè admòdum explicat Martianus, & quò-*

 modò

species, præter eas, quæ dolores eximios comitantur, sunt autem Continens, Quotidiana, Tertiana, Quartana.

Re verà, addit Hippocrates, 20 ille est humor, qui natura sua oleosa febrem meliùs vllo alio nutrit, quandòquidem febris nihil aliud est quàm exuperantia illius ignis, qui viuentia constituit.

Prætereà si quispiam alius humor simùl cum ea à massa sanguinis secedat, bilis pertinaciùs adhæret, non secùs, ac 27 oleum aquæ remixtum, si igni imponatur, aqua prior in auras abit, & absumitur; si bilis alteri cuipiam humori se adiunxerit, à quo febris continua periodica excitetur, aut præ copia illius, Maligna, vel ob paucitatem, Intermittens, humorem illum vi ignis à se excitati absumit, extrà corpus id expellit, demùm ipsa egreditur, nisi ambæ simul egrediantur: quod nisi contingat, multò periculosior febris futura est exeunte solitaria bile, vti modò inuimus.

Obij-

---

modò febris omnis à bile fiat, docet in Hippocr. Comm. de nat. hum. text. 27.

26 *Pingue, & lene, quod est biliosum, precipuum est febris alimentum.* 4. *de Morb.* 24.

27 *Non secùs, ac si quis affusa in vas æneum aqua, & oleo ligna multa subtùs succendat, aqua certè longè paucior (cùm ex vase exhalet) futura est, oleum verò paululùm minuetur, nàm aqua præ raritate ab igne attenuari potest, & leuis reddita exhalare; oleum verò, vt potè quod est coniunctum, ac densum attenuari non potest, neque similiter, vt aqua exhalare; sic sanè, & in homine se res habet, incalescente corpore aqua foras exhalat, quod verò est biliosum, cum cohærens, & densum sit, non similiter attenuatus exhalare potest, verùm attenuatus hic biliosus humor efficit, vt corpus magìs incalescat; copiosiùs enim, & meliùs alimentum febri bilis suppeditat. Hippocr.* 4. *de Morbis.*

28 *Si*

Obijciet fortè aliquis, nonnè inquit Hippocr. 28 siquis corripiatur febre, quæ non sit ex bile, affusa multa aqua suprà caput curari illam febrem, ac proindè non omnis febris bilis est progenies? Respondeo, Hippocratem intelligendum esse de febre, 29 quæ non ex sola bile ortum duxerit, & copia peccante, cuiusmodi est synochus, sed de ea, quæ alios sibi adsciscit humores, cuiusmodi sunt febris maligna essentialis, aut febres intermittentes; stillicidium autèm aquæ calidæ suprà caput febri illi curandæ confert, aucto calore bilis, & simul capitis, quod metropolis est frigidi, & pituitæ, quo fit, vt humor malignus, qui bili coniunctus est, faciliùs dissipetur; id quod ab Hippocrate factum est in curatione Metonis: Sin autem febris omninò ex bile ortum traxerit caput refrigerandum est, ad ardorem febrilem temperandum, à dicto humore inductum, morbi essentiam omninò constituente. 1. Epi. ægr. 7.

Sin' tempestatum, quibus febres maximè vigent, examen instituatur, ac quibus curationem recipiunt, loca in quibus æpidemiæ sunt, tempus, quo inuadunt, cuius causa longioris, aut breuioris sunt durationis, deprehendemus febres Æstate maximè ingruere, quia tunc temporis bilis in cæteros humores imperium obtinet: eas in regionibus frigidis, tempestatibusque frigidioribus rariùs occurrere, nisi insignis quæpiam in aere contingat

28 *Si febris non ex bile orta, multa aqua calida capiti superaffusa febrem soluit. Hippocr. 7. aph. 42.*

29 *Meliùs tutari poterat suam causam ijs obseruatis, quæ docet Vallesius in Commentario huiusce aphorismi, nimirum quòd, quandò dicitur* febris non ex bile, febris diaria per epiphrasim significatur, *& de facto ibi febris Ephemeræ curationem proponit Hippocrates, similem prorsùs Curationi febris Ephemeræ, quam proponit secundo Epidem. sect. 6. quam pariter* febrem non à bile apppellat.

 30 *Ali-*

tingat mutatio, 30 & extraordinaria, quę bili dominium suprà cæteros humores conciliet. Febres Quartanas, Æstate nascentes 31 breuioris æui esse ijs, quæ Autumno, & has ijs, quæ Hyeme ingruunt, quia Bilis, quæ febrem parit, illique remedio etiamnùm est (medio enim igne, quem accendit, atram bilem absumit, febrium Quartanarum succedaneam[1]) magis dominatur Æstate, minùs Autumno, adhùc minùs Hyeme: Febres omnes solstitio Hyemali desinere, quia tunc temporis pituita dominium obtinet, caloremque bilis temperat. Hippocrati, proculdubio hæc probè perspecta, idque nobis experimento sæpiùs comprobatum, etsi Galenus, textus subtilitatem non attigerit

6. Epi. sect. 2. Febris Quartana, ait Vir illustris, non vltrà annum, hoc est, desinit circà Hyemale solstitium, quod occurrit XXI Decembris, quia tunc temporis bilis in corporibus nostris non exuperat, at illi contrarius humor, scilicet phlegma, à quo eius ignis temperatur; ac compescuntur febres, per paroxysmos reduces.

Non inficias eo, eas aliquandò vlteriùs prorogari, sed id contingit, aut ratione variantis tempestattis, aut potiùs, quia calor corporis febricitantis adeò validus est, vt repugnet propriæ etiam tempestati. Id sæpè numerò contingere, videmus, in recens connubio iunctis, quorum corpora nimiùm incaluere, atque etiam in omnibus febricitantibus, qui calorem nimium contraxere, præsertim vsu purgantium eò tempore assumptorum, vel Mense Nouembri. Hęc verò animaduertenda sunt, vt benefica omninò sit China Chinæ, id quod opportuno loco ostensurus sum. Id quod, vt plurimùm curatis febribus circà solstitium hyemale contingit, manifestè euincit à pituita sub iugum bilem mitti, deprimi, ac curari, quandòquidem Vere, circà medium

30 *Aliquid in sublimi natura innouatum. Hippocr. 2. Epid.*

31 *Æstiuæ quartanæ breues, Autumnales longæ, maximè quæ Hyemem attingunt. Hippocr. sect. 2. Aph. Aph. 25.*

1 *Fe-*

dium Aprilem,bilis quasi ex carceribus pituitæ erumpit,& ab ea se extricat, vnum, alterum vè paroxysmum inducens, vlteriùs non producendum,nisi remedijs calidioribus exasperentur,prę-sertim catharticis.

Idem biliosis familiare est, & ijs, qui crebrò phlemagogis medicamentis vtuntur,vel melanagogis, sicut enim bilis cæteros humores Verè superat, fauente aeris temperie, illos ideò inuadunt febres Tertianæ,vt plurimùm non refractariæ,si debitum regimen accesserit:

CAPVT QVINTVM.

De Causa Febris in specie.

DE Ephemera Febre dixisse sufficiat, illam meram esse incalescentiam extraordinariam sanguinis, à causis externis vt plurimùm inductam, eodem, vel altero die desinentem, ad quam extinguendam sola remedia refrigerantia, & sanguinis emissio sufficiant. At verò aliarum diuersa est generatio.

Error est existimantium, Febrem synochum oriri ex putredine partium omnium sanguinis, sola enim bilis, 1 à cæteris humoribus diuortium faciens, illam inducit, tùm copia, tùm calore, si calorem natiuum, substantiæ viuentium partem constituentem, adgrediatur, focum illi præbente, ac per arterias, 2 venasq;ad singulas corporis partes deferente: Sin' dicta bilis adeò

1 *Febris, quæ continens appellatur à meracissima, & copiosissima bile fit. Hippocr. lib de Nat. Hum.*

2 *Ex Hippocrate Causus, seù Febris ardens fit, cum Venulæ tempore Æstiuo exsiccatæ acres, ac biliosas, quæ tenues sint, trahunt ad se humiditates, quas ichoras vocant: vel cum bilis commota fuerit per Corpus, & contigerit, quod venæ, & sanguis atrahant bilem,* *De ratione Vict. in acutis.*

3 *Sym-*

deò subtilis fuerit, eaque acrimonia prædita, vt febris ab illa inducta sitim extraordinariam inferat; 3 tum febrem ardentem progignit, quam causum vocant, aliquandò à meridie inualescentem, & alterno quoque die, quo tempore videtur bilis potiùs, quàm cæteri humores commoueri.

Non semper equalitatem seruat dicta febris, siquidèm alij sæpè numerò humores, non nimis crassi, bili in maioribus venis adiunguntur certa eiusdem diei hora; alijs quibusdam locis febrem illam vocat Hippocrates Tritæophyæam, aut continuam proportionatam, quæ prò natura alius humoris, ac diei illi adiuncti, ad breue tempus eius ardorem temperantis, nec tamèn extinguentis, sicut accidit in febribus intermittentibus, dicitur Quotidiana Continua, nàm preter continuitatem, remissio aliqua intercedit, subsequens exacerbationem, certa diei hora contingentem. *2. Epid*

Sin' humor ille, exacerbationem pariens, in maioribus venis bilis societatem inierit diebus alternis semel, aut intrà quatriduum, tunc exoritur Tertiana, aut Quartana continua.

Sin' bilis sufficienti copiæ congestæ ad productionem febris continuæ accedant humores crassi, & graues, qui ex interuallis symptomata febri contraria accersant, tunc febris maligna censenda est.

Sin' bilis, cum portione pituitæ, vel atræ bilis, à massa sanguinea segregetur, 4 ac in vasis maioribus singulis diebus incendium capiat, vel vna die non altera, vel intrà quatriduum semel, se-

---

Lib. de Affect. nu. 11. 3 *Symptomata febrem ardentem concomitantia enumerat Hippoc. & ait, febris ardens, siuè Causus cum habuerit, febris detinet, & sitis fortis, & lingua aspera, ac nigra fit, & color subbiliosus, & sputa biliosa, & æger extrinsecùs frigidus sit, intrinsecùs verò valdè calidus.*

4 *Quotidiana post' Continentem ex plurima bile ortum habet, Tertiana*

feriùſue, tunc exoriuntur febres Quotidiana, Tertiana, Quartana, & aliæ, erraticæ autem prò die inuaſionis, quę res admodùm videtur conſpicua.

Febres enim ab ijſdem humoribus originem trahunt, quibus maligna, ſed minori copia, ac proindè præter bilem inducentem calorem, alius eſt humor frigus in paroxyſmis pariens, qui vt plurimùm pituita eſt, ſicut atrabilis in Quartana: Eà propter febres malignæ, ſæpè in febres, vel Quartanas, vel Tertianas deſinunt, ac Peſtis ceſſat ingruentibus caloribus ęſtiuis in regionibus calidioribus, in quibus quot annis erumpit, ac in his, & illis, obſeruantur ſymptomata febri non congruentia, ſed non durabilia, atque hac de cauſa febribus malignis non accenſentur.

Hæc fuit Hippocratis ſententia, quam in Coacis his verbis enuntiauit, quę febri ex aduerſo reſpondent ſymptomata, (cuiuſmodi ſunt horrores, ſopores, aliaque frigiditatis ſoboles) niſi citò ſoluantur, malignitatem indicant, febri continuę adiunctam.

Ratione quoque bilis, & atræbilis commixtionis febres intermittentes in acutas 5 tranſeunt, hoc eſt in inflammationes internas.

Eiuſmodi autèm febres acutas malignas eſſe, certiſſimum euadit, quandòquidem ſymptomata febri malignæ eſſentiali ſimilia aſſidere ſolent, ab ijſdemque humoribus originem ducunt: Hippocrates id non ſolùm textu ſuperiùs citato 6 comprobat, ſed in pluribus alijs, à nobis allatis libro edito de vſu vini Emetici

tiana à pauciore bile fit, Quartanæ minùs bilis, calorem exhibentis, obtinent. Hippoc. lib. de Nat. Hum.

5 *Hippocr. in Coacis hęc habet, Hibernæ Febres Quartanæ nonnunquàm in acutas tranſeunt.*

6 *In doloribus obortæ Febres malignæ ſunt. Idem ibidem.*

7 *Per*

tici ad curationem febrium malignarum; hoc tamen discrimine inter febres symptomaticas, & essentiales, quod harum materia semper occupat vasa maiora, aliarum verò venulas, quæ à quibusdam constitutæ fuerunt sedes febrium intermittentium; Nam bilis, vel pituita, vel atra bilis, vbi incaluerint, à massa sanguinea secretæ fuerint, ac per venas excurrerint, ad venulas peruenerint, ibi frigiditati pristinæ restituuntur, incrassantur, venulasque intercipiunt, ignis arteriarum cum liberè dictas venulas permeare nequeat, ibi subsistit, quasi eructatus, ait Hippocr. 2. de morbis, ex arterijs in substantiam partium, cerebri, membrarumque eius in Phrænitide, in pleuram in pleuritide, iecoris, aliarumque partium, in inflammationibus dictarum partium, dolor insignis eodem tempore excitatur, qui tumorem comitem non habet, Hippocrates 6. Aphor. 7. vocat dolores non sublimes, aut potius tumore carentes. Contingit aliquandò eosdem humores pauco sanguini comixtos, à venulis atrahi in partium substantiam, vbi oboritur tumor, cessatque dolor, quia ignis portio substantiam partium deserit, perquè illius venulas ad maiores defertur, interim in pleuritide sputa, vt plurimum alba expectorato eijciuntur, flaua quandòque, & aliquantulùm cruenta; vndè manifestè elucescit bilem 7 vnam esse è causis, quæ producunt inflammationes internas; id quod nobis incumbebat probandum.

Causas febrium complicatarum prætereo, & earum, quas symptomata superiùs à nobis enarrata comitantur, scilicet syncope, hydrops, febris diaphoretica, hepatica affectio, aliarumque, quæ an à bile originem ducant, nemo in dubium reuocauerit, quandòquidèm nulla febris humoralis absque dicto humore excitari poteest, igni alimentum aptiùs, quàm alius quiuis sup-

---

7 *Per totum Caput plurimùm videtur inherere Auctor Martiani vestigijs, Martianus enim, & ipse febres omnes ex bilè deducit, quas*

ſuppeditante, quippè naturæ humidæ, & combuſtibilis, ſicutì alìas innuimus.

---

quas autèm patiatur difficultates huiuſmodi doctrina, non eſt huiuſcæ loci conſiderare.

CAPVT SEXTVM.

De Curatione Febrium, & de China Chinæ.

FEbres duplici modo curantur, aut euacuato, & conſumpto humore illas inducente, ope ipſius ignis febrilis, vel ope remediorum vſitatorum, purgationis ſcilicet, phlebotomiæ, aliorumque, præſertim accedente victus ratione, arcente nouam generationem, & ſeparationem bilis, vel cohibendo dictum humorem, ac regerendo in maſſam ſanguineam, à qua ſecretus fuit, id quod illicò ferè ope Chinæ Chinæ contingit, ſpecifici febrium remedij.

Quantùm vis operam adhibuerim, vt in meam notitiam deuenerit hiſtoria huius medicamenti, omnium certa efficacia præſtantiſſimi, nihil prætereà mihi innotuit, quàm RR. PP. Ieſuitis, qui Indias Occidentales incolunt, vbi animaduerterent, populos dictarum regionum 1 potui ordinario incoquere, refrigerij gratia, corticem arboris, cui detrahitur, in mentem veniſſe, illam vſurpandi in febribus intemittentibus, quæ cer-

---

1 *Referunt alij, quòd prima Patrum experimenta fuere in quodam Iuuene Quartanario, quem exhibitione huiuſce Pulueris vindicare, tentarunt, à nimio frigore, & vehementi rigore, quo, inuadente febre, premebatur, quòd indè futurum ſperabant, ex eo quòd obſeruauerant, Peruuianos vti Cortice eodem pulverizato ad reppellendos frigoris, & rigoris inſultus, quibus potiſſimum vrgeri,*

certissimè illius vsu desinebant, Patres illi, præter alia beneficia nobis collata, curauere preterea, illam has in oras transferri, disseminari, ac vires illius publici iuris fieri, libello data opera 2 ędito, qui meo iudicio facultates non sufficienter, & prò merito exaltat; imò nec satìs præcipua capita distinguit, ad quæ præsertim insignis est, febrem scilicet hecticam, & hydropem, quæ sæpè ad vsum illius desinunt.

Qua-

---

ri, consueuerant, dum cuiusdam fluminis, seù Lacus aquam transmearent, cùmque ipsis Patribus, res prò voto rederet non solùm, sed etiam à febre omninò vindicassent patientem, an' idem effectus in aliјs succederet, tentarunt posteà, donèc pluribus experimentis certiores facti fuere, prò curandis febribus validissimum, atque certissimum Corticem illum esse remedium. Putant aliј, quòd huiusce Corticis vis febrifuga fuerit iàmdiù Indis hominibus nota, sed ex industria Europeis, & potissimùm Hispanis, ex odio ergà ipsos concepto, occultata, donèc tandèm reueliata fuit Peruuianæ Regionis Proregi, vt posset eiusdem vsu vxorem à febre tertiana sæuissima, qua in vitæ discrimen adducebatur, vindicare, quemadmodùm de facto ab eadem fœlicissimè, assumpto huiusmòdi Corticе, vindicata fuit, hinc' fama eiusdem, titulo pulueris Comitissę insigniti, (fuerat enim Comitissa del Cichon *, quę assumpto Quinquinæ Cortice fœlicissimè conualuerat,) vbique per totam Americam, Hispanicæ ditioni subiectam, breui multùm inclaruit; discedente autem Prorege ex India, vbi in Hispaniam reuersus est, ibidèm percrebuit parritèr rumor de nouo hoc febrifugo, quod post' experimenta fræquenter facta, votis ægrorum semper, & vbìque respondebat; circà annum posteà 1649, seu, vti diximus suprà, quinquagesimum huiusce seculi, conatibus Patrum Societatis Iesu fuit per totam pænnè Europam euulgatum Arcanum huius modi Febrifugum.*

2 *Cum Iacobus Chifletius Chinam Chinæ ventilasset; eiusque vsum*

Qualitates illius Corticis quod attinet; ex amarore non difficilè est, conijcere, caliditate illam præditam esse, ac cum bile congruere, ex stypicitate (colligere est) adstringendi vim aliquam illi non deesse, ac vim possidere, humorum motum, bilis præsertim, compescendi.

Eius vsus ordinarius ex dicti libri præscripto hic est; Antequàm ineatur, priùs æger præparandus per medicamenta refrigerantia, sanguis mittendus, catharsi ille vacuandus; quod si febres pręmissis his præparantibus non desierint, Chinę Chinæ drachmę duæ, in puluerem redactę, in vini albi cyatho macerandæ, vel alicuius aquę refrigerandi vi præditę per spatium viginti quattuor horarum, aut minùs; cum verò sufficiens maceratio facta fuerit, ingruente febrili inuasione, ægro vel sola infusio, quod quibusdam placet, vel puluis simul cum liquore exhibetur; epoto Medicamento febris vt plurimùm desinit, quandòque reuertitur, atamèn interuallo aliquo temporis, trium scilicet septimanarum, aut quattuor, pròut corpora magìs, aut minùs incaluerunt: Aliquandò febres sine vlla recidiua discedunt, nec tamen primò paroxysmo desinunt, sed vel secundo, vel tertio.

Quidam Pilulas concinnant assumptis drachmis duabus illius pulueris, addito puluere gummi tragacanthi, illas deglutiendas prębentes initio paroxysmi: Alij opiatam conficiunt cum recenti aliqua conserua, eodem modo porrigendam, exhibito semper Cortice ad drachmarum duarum pondus: Quidam, paroxysmi redditum prohibituri, idem remedium etiam adepta sanatione assumunt: deinceps quomodò vtilitèr à me datum fuerit, videre erit.

CA-

---

vsum improbasset potiùs, quam laudasset, eiusdem causam suscepit, ac defensionem Anno 1655. R. P. Honoratus Fabri, vti vidimus, ficto tamen nomine Antimi Conygij Libello adscripto.

I In-

CAPVT SEPTIMVM.

Quomodò Febres à China Chinę profligentur.

QVandò quidèm à China Chinæ curantur omnes febres, cuiuscumque fuerint generis, supponendum necessariò, illum effectum edere, profligata quapiam causa illis communi: At verò cùm à nobis antè demonstratum fuerit, à sola bile id esse expectandum, id quod à nobis probatum, necesse est, illius efficacia humorem dictum massam iterùm subire, qua secessum fecerat; quarè temperatur, euaditque nutritioni aptus, non secùs ac aqua deserti in Mara dulcis facta est à ligno, quod Moses iniecit, ex mandato Dei, ad alendos Israelitas; Eà proptèr Indi China Chinę vtuntur ad refrigerium, quandòquidèm nullus humor magìs calefacit, quàm bilis, si cęterorum consortium deseruerit, & ab illis seorsìm extiterit, quo tempore facilè jn venis incendium concipit, vel eò præsertìm nomine, quòd in natura humana respondeat igni sublunari.

Rè vera huic Medicamento nihil magìs repugnat, quam cathartica, quamobrèm id in vsum duxi maiori emolumento impurgatis meis ægris, pręmissa solum phlebotomia, iniectis clysteribus, exhibitisque Iusculis refrigerantibus, nęc res caret fundamento, quandòquidèm experientia quotidiana constat, quod si febris intermittens desinat, nulla prægressa purgatione (id quod sæpè numerò contingit, præsertim in febribus tertianis] si conualescenti catharticum datum fuerit, 1 eadem die fe-

1 *Infaustò vt plurimùm euentu, soluto iàm Morbo, conualescentibus purgantia exhibentur Medicamenta, purgantium enim Medicamentorum particulæ Cruoris Massam, ac quiescentes alioquin humores commouent, & exagitant, quibus commotis, & exagitatis febres*

febrem reſſurgere, non tàm excitatam à purgantis calore, quàm ratione bilis ſecretionis, quam excitat, nec omninò euacuat.

Maxima Medicorum pars, cùm videant apùd Hippocr. ſect. 2. Aphor. Aph. 12. *Ea, quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere, vt plurimùm*, protinùs indè colligunt ex præcitato Aphoriſmo, ergò purgatio neceſſaria eſt poſt' curatas febres, ad declinandas recidiuas, ſed maxima ex parte nulli ſuperſunt humores à reliquis ſecreti, 2 non enim febres omninò deſinerent, ſed tantùm intemperies calidæ, quas vulgus Medicorum imbecillitates vocat; quę ergò præcedaneum habuit calorem, augmentũ capiens à purgante, curatis febribus, exibitum vel ea maximè de cauſa, quod nouorum humorum ſecretionem facit, neceſſariò febres iterùm accerſcit; eà proptèr Hippocrat. ait in Aphoriſmis, ſi criſis perfecta fuerit ab omni remedio abſtinendum eſſe: imò calor, quem excitant exhibita cathartica, ſępè febres in ijs parit, qui ab illis anteà fuerunt immunes: id quod non rarò contingit ab vſu Antimonij, ſimiliumque remediorum, quæ vacuatis craſſis humoribus, & pituitoſis, occaſionem bilis (ipſis aduer-

---

febres denuò accenduntur, & recrudeſcunt morbi, hinc' eſt, quod, non rarò ægrotantes, qui alioquin' periculoſiſſimos euaſerant morbos aſſumpto Medicamento, vt aſſerunt: ad expiandum perfectè à reſiduis humoribus Corpus, in præceps ruant, & inopinatò moriantur, hinc' optimè dicebat Hippocrates, Quæ iudicantur, & indicata ſunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid, ſed ſinere.

2 *Aliquid intùs manere cognoſcitur, inquit Hippocrates ſexto Epidemiorum, ex ſitì intùs relicta, oris ſiccitate, inſuauitate, cibi faſtidio, & ſimilibus, cognoſcitur prætereà eodem Hippocr. 2. nontante Aphoriſmo* 8. *ſecundę ſectionis, ex non ſubſequuta Coroboratione ad cibi aſſumptionem, non iuuari enim à cibis, hoc eſt non coroborari, impuritatem corporis arguit, iuxtà illud*, impura Corpora, quo plùs nutries, plùs lædes.

aduersæ) generationi prębent, ac proindè febrium origini; eò quod non sufficienter cohibeatur in massa sanguinea, ob præsentiam hostilis humoris, id quod in mixtis contingit, si vnum ex elementis constituentibus è compage seorsìm exiuerit: qua de causa elementum contrarium exitum quoque molitur, cum in eo contineri nequeat ob absentiam inimici, qui natura sua, omninò illi contraria, obstabat eius ægressui.

Nulla ergò incumbit necessitas illis purgans exhibendi, qui per Quinquinam curationem adæpti sunt, præcauendarum ergò recidiuarum; sed potiùs refrigerium illis conciliandum per venæ sectionem, per enemata refrigerantia, omissis veris catharticis, per diætam refrigerantem, tenuem, & sobriam, abstinentiam alimentorum febri inducendæ idoneorum, cuiusmodi sunt fructus crudi, adstringentes, lacticinia, legumina, pisces, ac nominatim ij, quibus solidior est caro, vt Thynnus: Vitiosus aer vitandus, solis ęstus, animi pathemata, ac præsertim ira fugienda, 3 quæ ignem, & bilem in caput allicit, eoque pacto reliquum corpus incendij particeps reddit, si ea pars, quæ ad refrigerium cordis, & sanguinis à natura constituta est, in inflammationem abripiatur: Nec tàmen purgationem improbauerim, si modò eius indicans, Cacochymia, adfuerit, ac febris character nullus omninò superstit; Porrò id vt securiùs succedat, concedendum est, aliquod temporis spatium præterire, imò die vno, vel altero antè vsum cathartici, & die subsequente, vtile est, infusionem Chinæ Chinæ assumpsisse, in aqua frigida factam, quod nisi factum fuerit, postliminio redit febris, quarè satiùs sit, abstinuisse, quàm periculo ægrum exposuisse: satìs fuerint phlebotomia, enemata refrigerantia, ac proba diæta, quæ illis pręferenda.

GA-

3 *Pręceps, atque acerba iracundia cor, & pulmonem in sese, & in caput calorem, & humorem trahit. Hippocr. 6. Epidem. sect. 5.*

CAPVT OCTAVVM.

De Curatione Febrium Syncopalium per vsum Chinæ Chinę.

ANtequàm rem aggrediar, id priùs supponendum venit ad curationem febrium, quas alij periculosi affectus consequuntur, hos vt plurimùm febrium sobolem esse, atque causarum illas producentium, nequè nisi febris ipsius ablatione illos esse sanabiles: In curatione inquit Hippocrates, ad primas mali causas deueniendum est, & ad principia vndè deducta sunt, aliàs irritus est successus, si præsertim remedia purgantia in vsum deducenda sint, à quibus acuuntur febres, nisi sanauerint. Hippocrates eo modo 1 processit ancillam Stymargi curandam suscipiens, conuulsionibus affectam, ab vteri suffocationibus inductis, nec enim è brachio sanguinem mitti, iussit, etsi spasmi vniuersales adessent, neque è capite, opem laturus partibus conuulsiones patientibus, sed de pede, ad vterum respiciens, qui spasmo affectus in sympathiam cæteras omnes corporis partes adduxerat: quia inquit, ad primam mali causam, causæ occasionem, & primordia deueniendum erat. 2 Alicarnassensis, Hyeme auris inflammatione laborans, cum capitis dolore, oriundo ab interceptione venularum illius partis, in qua subsistit

1 *Stymargi Ancilla Idumæa, ex filiæ partu, vteri osculum conuolutum habuit, & in coxendicem, & tibiam dolor firmatus est, secta ad malleolum vena conualuit, etsi totum corpus tremores occupabant: Verùm ad causam ipsam, & causę occasionem, & primordia deueniendum erat. Hippocr. 2. Epid. sect. 4.*

2 *Alicarnassensis per Hyemem auris, & capitis dolore non mediocri tentabatur, vena iuxta Menesimmachum pertusa est, caput vacuatum, ac refrigeratum noxam sensit, neque enim pus reddidit, Phreniticus euasit, mortuus est. Hippocr. 7. Epidem.*

sistit ignis arteriarum, adeò legitimam curationem non expertus est, missus enim illi est, de consilio Menesimach, sanguis è pede, vndè cerebrum reuerà frigùs contraxit, hoc est ignis, & humores maximè subtiles massæ sanguineæ, ad partes infimas allecti fuere, sed noxam sensit, hoc est, indè læsus est, crassiores enim humores cum bile, à quibus intercipiebantur venulæ aurium, & membranarum cerebri, ibique cohibebant ignem arteriarum, tantam crassitiem acquisiuerunt, vt cum ignis non potuerit euadere ex arterijs in venulas, ac cerebro libertatem conciliare, phrenitis occuparit, quam mors subsequuta est: id quod fortè non accidisset, si sanguis è brachio missus fuisset, & capite, cuius efficacia potuissent liberari venulæ cerebri, & auris.

His suppositis, tàm ratione harum febrium, quàm subsequentium, Febres syncopales, vt plurimùm oriuntur ab alterutra harum causarum: Prima, & frequentissima est bilis, 3 irritans superiora intestina, ea in parte ventris, quam vocare solemus Ostium

---

3 *Febris Syncopalis sic dicitur, quia in ea leui momento frequentes animi defectiones obrepunt, seù vti dicebat Piens, ægri animi solutione fræquentèr, & crebrò corripiuntur, vndè etiam Cardiaca dicitur, fræquentes autem illæ animi defectiones ob lesionem oris ventriculi potissimùm succedunt, quæ si contingant ab humoribus biliosis, & tenuibus* Minuta *Arabibus dicitur. alij Ventriculi lesionem deducunt in Febre Minuta ab humore tenui quidèm, & pauco, sed corrupto, & venenato, alij, intèr quos Ettmulerus, à Muco vitioso superiùs Ventriculi orificium obsidente, & vitioso sapore illud crebrò irritante; Non semper tamèn in superiori Ventriculi orificio illarum Animi defectionum causa querenda est, quandòque enim intrà ipsos cordis sinus, ijsdemque apensa vasa latet, quandòque viget in sanguine, Piens frequentem illam, & crebram animi exolutionem in febre syncopali deducit ex disproportionata fermentali materia præter modum viscida, & crassa, simulque copiosa,*

tium cordis, vbi infantes vulgò dicunt, corde se dolere, referente Hippocrate 4. de Morbis: 4 Altera est copia crassorum humorum, à Febribus productorum, easdem partes mole sua opprimentium: Vterus in mulieribus à calore febrili eodem modo commotus, eundem effectum edere potest: quamlibet autem causam agnoscat huiusmodi febris, non aliud præsentiùs suppeterit remedium, quàm China Chinæ.

Bagnolium accitus fui, opem laturus filio Domini à *Montiere*, iam Domina à *Cornilhon* eius Soror, Vidua *Dom. Portal* Iuris-

---

piosa, quæ sanguineæ Massæ permixta, ordinaria illa, quę fit in Corde fermentatione, sufficienter prò spirituum generatione digeri, nequit, ac interìm inequabilem in Corde sanguinis motum, fermentationem, digestionemque eiusdem sanguinis inordinatam infert, vndè ordinarius Cordis motus interturbatur, ipsepulsus vitiatur: Alię tamèn ab Auctoribus Febrium sincopalium causæ assignantur, Venenum quoddam anodynum dispersiuum comminiscitur in superiori ventriculi orificio, Helmontius in Massa sanguinea vapida, uel effœta causam ponit VVillisius, non negat tamèn, posse quandòque sulphuris particulas nimiùm solutas huiusmòdi febres excitare: Siluius huiusmodi febres deberi, ait, succo Pancreatico volatilem magìs, quàm acrem aciditatem nacto, ac bilis intertię, & defectui; ab acidis sanguini confusis, eiusque mixturam turbantibus, & potissimùm eiusdem stagnationem, & leuem in Corde coagulationem excitantibus, deducit hanc febrem Doleus.

4 *A' crudorum, & pituitosorum humorum copia, atquè putredine, undècunque posteà trahant originem, febrem syncopalem oriri, statuit* Ionstonus, *siuè enim in venoso genere, siuè in ventriculo, & proximis illi venulis subsistant, atquè putrescant, ab ipsis os Ventriculi perstringi, ait, tùm ratione frigiditatis, tùm ratione corruptionis, àc indè caloris, àc spiritus substantiam comprimi,*

 &

Iurisconsulti laborabat febre duplici Tertiana, Paroxysmorum initio syncopes inducente terrorem omnibus incutientes: Illam adij hora circitèr meridiana, ac colloquio habito cum *Dom. Genteo*, illius Medico ordinario, causam mali exploraturus, & remedia anteà vsurpata, deprehendi, syncopes metum hactenùs omnium remediorum vsum inhibuisse, præterquàm aliquot enematum, à me insinuata fuit sanguinis missio, è brachio facienda initio paroxysmi, siquidèm venæ sectio multas febres curauerit; consensus adhibitus, carpo ægrę pollicem admoui ad aliquod tempus: circà quartam vespertinam, quæ hora erat aduentus paroxysmi, demergi pulsum animaduerti, illicò iussi, Chirurgum aditùm venam basilicam brachij dextri aperire, quo momento ferire voluit, indicia in ægra apparuere paroxysmi initiantis, æditis aliquot oscitationibus; quattuor circiter vnciæ sanguinis eductæ sunt, sed praui admodum Metus syncopes ab vlteriori emissione nos cohibuit, paroxysmus sinè syncope ingruit, domo ægredior, syncope accedit, reuocor: quodammodò pænitebat me ratione prægressæ phlæbotumiæ, sed moneor cæteris multò leuiorem fuisse, reuerà quàm citissimè disparuit, ac quàmuis paroxismus ad meridiem diei sequen-

---

& quasi extingui. Ionstono *Primerosius subscribit, inquit enim, quod Plurimi febricitant, vbi maximam humorum copiam congesserint, vel ex cruditatibus, vel alia occasione, quæ febres periculosæ sunt, ob lesionem oris ventriculi, solesque ijs varijs ex causis Syncope contingere, & quia, cùm maxima pituitæ copia in ventriculo redundet, totoque corporis habitu, nùnc quantitate, & qualitate sua vires oprimit, & quia naturæ grauis putrescit, febrem excitat, vndè hic humor putris, oris ventriculi calorem suffocans, tracto in consensum corde, parit Syncopen: Sæua hæc, quæ à pituita, vel superabundante, vel putrescente deriuata supponuntur symptomata, & syncope potissimùm, à linfa vel crassiori, vel acriori pro-*

quentis alias produceret, adeò vt ægra toto eò tempore sui compos non esset, eadem tamen' desijt circa octauam vespertinam; Ægra mille gratiarum actiones effudit, sanitatemque se adeptam credidit: Interim cum inclinaret Luna, quo tempore ægri aliquandò debiliores apparent, ac nouilunium biduò post succederet, à syncope autèm ea die metus immineret, author fui vt per noctem China Chinæ adueheretur, allata fuit circà septimam matutinam, ac macerata in vini sex vncijs: Intereà temporis deiectiones aliquot habuit, bilis omninò sinceræ, terrorem mihi incutientis, gnaro eiusmodi excretiones in febribus tantummodò synochis probandas esse, vel postquàm alij humores exclusi fuerunt in cæteris febribus, præcipuè in malignis, ex ijsdem causis, ac intermittentes, ortum ducentibus: Periculi aliquid subesse denuntiaui, ac reuerà circà quartam vespertinam paroxysmi initium à syncope adeò validum fuit, vt ægra à me anxiè expetere aliquod remedium coacta fuerit, nulla mora interposita, quòd vires admodùm titubarent, Chinæ Chinæ infusionem illi præbui, sine puluere; syncope nõ minor fuit, quin' potiùs adeò valida toto trihorio, vt nobis ansa dubitandi daretur, mortua nè esset, an' viua; illicò in vsum duxi eximia quæque Cardiaca, fotus facti fuere sub axillis, & linteis vino calente madidis, admota epithemata cordis regioni, in agone hoc ægra deglutiendi facultate omninò priuata erat, exactis tribus horis, aut circitèr, interrogata nùm syncope, vtcunquè remitteret, ægrè res-

---

prouenìunt, rationè cuius, acrior fit, irritationes, conuulsiones & compressiones vel oris Ventriculi, vel Cordis contingunt, si autèm crassior' sit, & abundet, talis in fluidorum Massa inducitur lentescentia, per quam concipiendo Vitali intrà Cordis talamos incendio inepta redditur, ac indè caloris, ac spiritus suffocationes, atquè eorundem irradiationis suspensiones contingunt.

 5 *Equè*

respondet, non adeò vrgere, ac reuerà adhibitis generosis præsidijs desijt, postridiè solutus est paroxysmus, nec redijt ea die, qua Luna defecerat, ægraque sanitati 5 restituta: Præterito circitèr mense nunciatum mihi, adfuisse febris recidiuam, sed leuissimam, ac citrà syncopes, absque remediorum vsu spontè discussam.

---

5 *Equè fælici euentu Corticis Peruuiani vsu sanatam quandòque vidi febrem syncopalem, & potissimùm in Viro quinquagenario plurimùm Hippocondriacis affectionibus obnoxio; huic enim post leuiores aliquot febris simplicis tertianę insultus, seu neglectos, seù parum congruè curatos febris superuenit duplex tertiana, quæ grauioribus tertio quoque die comitabatur Symptomatis, in ipso potissimùm febris accessu Syncope adeò graui superuiente, vt plures horas veluti planè mortuus iaceret, nullaque fęrè vel pulsu, uel respiratione vitæ præberet inditia, transactis octo, vel nouem horis reuiuiscere sensim videbatur, assurgentibus sensìm viribus, & pulsu, ac indè posteà sensim detumescente æstu febrili omnia remittebantur symptomata, ac diebus intermedijs leuiores solummodò patiebatur febriles accessus quę nullæ graui comitabantur symptomate: cùm reliqua fuerint in cassum adhibita remedia, Quinquine exhibitione, febrem, atque syncopem profligare tentaui, quod felicissimè, & secundum vota successit, exhibita per plures vices diebus intermedijs eiusdem infusione in Vino facta: ità pariter & Nobilem fęminam, & Virum sexagenarium ex duplici Tertiana decumbentes, Corticis Peruuiani vsu & à febre, & à Syncope tertio quoque die in ipso febris accessu superueniente, sanatos vidi.*

CAPVT NONVM.

De Curatione Febrium, & Hepaticę affectionis per Chinam Chinæ.

PEr affectionem Hepaticam intellige, vel Iecoris inflamationem, (quam hic prætereo, cum sit è genere symptomaticarum,) vel dicti visceris imbecillitatem, 1 fluxum Hepaticum, dictum accresentem, vndè intumescit corpus, per anum, & gingiuas quandòque emittitur cruor aqueus, morte subsequente.

Dominus *Gilleus Verilleus* Cognitor Regius in hac Vrbe, Arellatis rediens, loco per æstatem febribus maximè opportuno, febre dupl ci terciana præhensus fuit, sed adeò vehementi, vt vix aliquid intermissionis concederet, illius Hepar proptereà admodùm incaluit, præter bilem nihil gignens, quam insigni copia per inferiorem aluum effundebat, febre nequaquàm remittente, vultu hepaticum iàm planè referebat, iteratis vicibus

1 *Vulgò creditur, ab Epate oriri deiectiones illas copiosas, & frequentes, in quibus excreta referunt loturam Carnium, vel ex flauo rubicunda esse videntur, ideòq; huiusmodi excretiones fluxus Hepatici nomine designant, vndè olim partē affectam, duce Galeno Hepar statuebant ex falsa hypotesi quod Epar sanguificaret, Hodiè nonnulli partem affectam in hoc fluxu ductus bilarios statuunt, alij vasa sanguiflua, & potissimùm arterias, seu splenicas, seù hęmoroidales superiores ex Paulo Barbette, vel Meseraicas ex Meinotio, solito magis apertas à copioso nimis sero sanguini admixto, & vasa simul relaxante deducit fluxum hepaticum Siluius, & equidèm totius fluidorum massę vitio cruentam hanc deiectionem succedere, potissimùm si nimio sero diluta sit, probabilè valdè videtur.*

1 *Quan-*

bus emissus fuerat sanguis, iniecti fuerant clysteres refrigerantes, & detergentes, exhibita purgatio ex Myràbolanis citrinis, tamarindis, rhabarbaro, syrupo florum Persicorum, ac crystallo minerali, verebar nè ob intensum calorem inutilitèr porrigeretur China Chinę, infundi hanc curaui in vino albo, infusionem hausit statìm inuadente accessione, postridiè, & perendiè idem morbi tenor, paroxysmi nequaquàm remittebant, die tertia desijt alui fluor, & paruo sequuto temporis spatio æger viribus restituitur, ac quàmuis post' mensem febris redierit, adeò leuis illa fuit, vt lecto se non tradiderit, cubiculo se continere contentus per aliquot paroxysmos: Puluis ab infusione remanens, iterùm maceratus fuit, ac ex vino exhibitus muliercúlæ, cui nomen *la Terrasse*, , cui postridiè febris, qua laborabat, expulsa, sinè recidiua, erat autèm duplex tertiana.

CAPVT DECIMVM.

De Curatione Febrium Diaphoreticarum per Chinam Chinę.

ETsi Febres Diaphoreticę, celeri cursu ad Phthisin deducant, & potiùs Continuæ dicendæ sint, & Ardentibus accensendæ, á febribus tamèn intermittentibus aliquandò idem effectus expectandus: en' exemplum memoratù dignum.

Dominus Petrus Chansiergues, cóciuis meus, annos natus circitèr viginti octò, Nemausò rediens, febre continua correptus fuit, intrà paucos dies soluta: vix liberatum febris quartana adoritur, comite tanto ardore, etiàm per noctem, vt nullus paroxysmus citrà insignes sudores desineret, vndè ad marasmum, aut marcorem veniebat, decedente pristina forma, & concidente vultu, nulla remedia præter enemata admittebat, in consilium me adhibuit, si quid opis afferre, possem, dimissis catharticis, prægresso enemate sanguinis missionem admisit, demùm infundi curaui Chinam Chinæ in sesquilibra aquæ cichorei frigi-

dæ,

dæ, per horas viginti quatuor, ingruente paroxyſmo aſſumpſit infuſionis prædictæ vncias ſex, tantundèm ſequenti paroxyſmo, reliquum tertio paroxyſmo, vna cum puluere: conceſſit tunc febris, deſieruntque eodem tempore ſudores nocturni, redeunte vigore, & viuido faciei colore: menſe exacto redit febris, ab erroribus in diæta, cum ſudoribus nocturnis, ſed paucioribus, hortatus ſum ad patientiam, & vt ſolſtitium hyemale expectaret, non procùl diſſitum: rèuerà circa Decembris viceſimam primam, & febris, & ſudores illi valè dixerunt omninò, quia, vt antè hàc dixi, bilis à pituita ſuperata fuit, hyeme dominatum obtinente.

Non eadem ratio eſt, nequè idem ſucceſſus expectandus, ſi febrem hecticam ſequuta fuerit tertiana, vel quartana, nàm cùm admodùm difficilè ſit priori finem imponere, reliquæ reuerà Chinæ Chinę cedunt ad aliquot dies, ſed citò redire parant, ob calorem habitui corporis infixum, cuius cauſa in caſſum vt plurimùm datur id remedij genus, quamquàm efficax: Etſi enim febrès eradicet, 1 hectica tamen non cedit, ſed vt plurimùm lethalis euadit.

---

1 *Quandoquè èquidem febres putridas, ſeu humorales Hecticę ſuperuenientes Quinquinæ vſu ſanatas uidi, nunquàm ipſam febrem Hecticam huiuſcæ remedij uſu curatam, quin potiùs auctum exindè febrile incendium, & ad peiùs redactam ęgrotantium conditionem, vidi.*

CAPVT VNDECIMVM.

De Cura Hemitritæi per Chinam China.

HEmitritæus febris eſt complicata ex continua periodica, & intermittente, quam ſequitur ſopor moleſtus, ſi prętertim bilis ſincera per inferiorem aluum deturbetur: Periculoſa,

que

que alia plurima symptomata 1 inuehit, quibus finem impo-
nere

1 *Complicari simùl quandòque febres continuas cum intermittentibus, ac indè oriri febrem, quæ continuæ quidèm præseferat speciem, eò quia continuò perseuerat, nullamque habet intermissionem, sed reuerà tamèn interueniente horrore, & rigore intermitentium participet naturam, fuit olìm communiter in scholis Medicis recepta sententia, & licet huiusmodi febrium permixtionem, seù complicationem varijs modis fieri posse, putarent, & omnibus continuarum speciebus intermittentes aliquas possè associari, illud tamèn frequentiùs euenire arbitrabantur, quod febris continua acuta cum tertiana intermittente coniungeretur, ideòque complicatas huiusmodi febres Hemitritæos, seu semitertianas, appellarunt. quasi media totius febris pars Tertiana esset, non excludebant tamen', quin' & aliæ febrium complicationes haberi possent, sic* Regius *exhibet semitertianæ Typum, ex intermittente quotidiana cum Tertiana; Semitertianam exhibet* Timeus *compositam ex Tertiana intermittente, & Quotidiana continua, Hemitritæum ex continua quotidiana, & quadruplici tertiana, notat Riuerius, tandèm Hemitriteum exhibet Sennertus ex intermittente Tertiana, vel simplici, vel multiplici, cum febre continua Symptomatica, inflamationem partis alicuius internæ insequente; nequaquàm tamèn dari monstrosam hanc febrem secundùm vnam sui partem continuam, secundùm alteram, intermittentem, docet Piens in suo de Febribus tractatu, vbi probat, quod nulla valida ratione à Medicis huiusmodi febris stabilitur essentia, quæ sit ex intermittente, & continua simùl composita, nequit enim, inquit ipse, ex horrore, & rigore in febribus continuis, alterius febris intermittentis superuenientia, seu associatio deduci, non enim rigor, & horror semper febrem arguunt intermittentem, quando, & in continuis sibi inuicèm succedentes notantur, & potissimùm in febre Horrifica, vbi huiusmodi habentur horrores, & rigores ob insignem materiæ febrilis acrimoniam, quę per*

nere valet China Chinæ, quia febris sunt 2 producta.

Bagnolum aduocatus fui consultationis causa pro D. Simeone Genteo; detinebat illum febris continua, sed remissè affligens, aderant quoquè paroxysmi, à leui horrore initium ducentes, bilem meracam antè accessionem excludebat, declinante paroxysmo superueniebat sopor insignis, bilem prætereà per inferiora egerens, cui humor quidam nigricans commiscebatur: assidentibus notum feci, symptomata omnia vrgentia, imò ipsum soporem, febri dictæ semitertianę superuenientia, originem potiùs debere excretionibus dictis biliosis sinceris, quam alteri cuipiam causę, eò quod pituita, simul cùm bile exsuperans, non satis obtineret ignis ad discutiendos vapores crassos soporem inducentes: Dom. Genteo Ægri Fratri, Vniuersitatis nostrę Medico, aucthor fui, vt quoduis purgantis genus repudiaret, sola prescriberet ennemata refrigerantia, & de-ter-

---

per interualla per partes sensiles circulata varios huiusmodi parit insultus, vndè concludit, quòd huiusmodi febris, quæ semitertiana vulgò dicitur, non est febris complicata, seù ex intermittente, & continua, sibi succedentibus, composita, sed est vel febris continua horroribus, & rigoribus comitata, vel sunt plurimæ intermittentes sibi inuicèm succedentes; illudque animaduertit, quod euentus febrium continuarum cum rigoribus inuadentium plurimùm periculosus est, negari tamèn minimè potest, quin febri Hecticę, quæ sanè febris continua est, febris altera quandoquè superueniat, quæ etiam ex intermittentium genere sit, non tamèn Hemitritei, seù Semitertianæ Typum nobis exhibent huiusmodi febres.

2 *Ex Hippocrate primo Epidemiorum sect. 3. num. 43, hæc habentur* in semitertiana vocata accidit, acutos Morbos fieri, & est reliquarum hęc maximè lethalis, *& sanè nulla febris est, quæ tantis, & tam diris symptomatibus comitetur; quæ omnia symptomata recenset Hippocr. eodem libro primo Epidem. sect.* 1. *nu.* 3.

3 *Hip-*

tergentia, fotus ad refrigerium abdominis, quibus priùs fuerat vsus & quòd statìm China Chinę vsurparetur; Æger, qui eam plurimis exosam nouerat, assensum dare noluit, affectus verò eò deductus est, vt hydrops anasarca illum inuaserit: Tibię digiti integri impressionem admittebant, fouea remanente, tumor ad iugulum ascendebat, singultus aderat importunus, mortis prænuntius, iàmque Sacro Sacramento munitus fuerat; Aduocatus ego denuò, sanguinem è brachio mitti curo, ac Chinam Chinæ Soli expositam infundi in sesquilibra aquę cuiuspiam refrigerantis, (in balneo Mar. distillatę à Chimista errone, qui ægro plurimùm *Spiritus Salis*, in cassum exhibuerat) aquam autèm illam destillauerat ex massa pulpę cucurbitarum, & cucumerum; vas ex interuallis concutiebatur; sub paroxysmi aduentum ęgro prębui vncias sex prædictę infusionis, postridiè eandem dozin, etsi febris desijsset, reliquam vna cum puluere tertia die eadem hora; viribus interìm consulens optimo alimento refrigerante, cardiacis quibusdam exhibitis, epithematis cordi admotis, ac fotibus frigefacientibus imi ventris: fluor alui biliosus cessat, nec non & singultus, intumescentia spontè discussa, pristinæ autèm sanitati protinùs restitutus fuisset, nisi post' mensem, curæ ob negotia, quibus districtus erat, atque in iram commotio, febrem iterùm excitassent, sed fugacem, nullo symptomate molesto comite, aut periculo, eoque pacto liberationem obtinuit.

Dom. Stephanus Chassagneus, Iurisconsultus hac in Vrbe eodem morbo laborauit, prò febre continua maligna habito, qua de causa færè parciùs sanguis illi emissus est, etsi temperamento esset plethorico donatus: insignis aderat in somnum procliuitas, admodùm producebantur paroxysmi, plurima exhibita fuerant cardiaca, prę cæteris remedijs, ac præsertim trocischi viperini, qui non parùm ad massæ sanguineæ feruorem concilian-dum contulerunt: Ad consultationem in eius gratiam acitus die morbi vigesima quarta, circà quartam verspertinam domum

eius

eius appuli, febrem mediocrem deprehendi, lingua nihilominùs illi erat arida, vrinæ biliosæ, & rubræ, cum perpetua in soporem inclinatione, ad primum interrogatum excitatus respondebat, mox in somnum reuolutus denuò concidebat, monitus fui, febrem noctù exasperatum iri: ad illum aceessi hora octaua, postridiè autem circa quartam matutinam paulò manifestior fuit, lotium inspiciendum pety, quo audito æger matulam sibi porrigi iussit, quam à decima noctis hora intèr coxas seruabat, reddere illam oblitus: Id symptoma, hoc prognosticum vt emitterem, me impulit, affectum chronicum futurum, & ferè quadrimestrem, id quod euentus comprobauit: Purgationem cum emolumento institui: aliquo interiecto tempore solam Sennæ tincturam exhibui, sed corpus adeò incaluerat, vt secundam dozin exceperit mictus sanguineus, cum ventris torminibus, etsi vacuatio infrà mediocritatem constiterit: Plurima alia remedia in vsum duxi, cum paroxysmi stato ordine redirent, ijque molesti, infusionem Chinæ Chinę parari iussi in vino albo, quam absquè puluere hausit matutino tempore, ingruente paroxysmo, desijt febris, sed non diù post' redijt (excalefacto quippè nimiùm corpore præ mali diuturnitate, ac cardiacorum exhibitorum multitudine) octauo post, aut decimo die, eadem Sennæ tinctura iterùm exhibetur, eodem subsequuto symptomate, plurima quoque remedia corroborantia, & refregerantia, vsurpantur: Quod Luna ad inclinationem vergeret, metus fuit à maiori malo, quod vt præcaueretur, iterùm Chinæ Chinæ infusum exhiberi illi, curaui, cessat febris, sed iterùm emergens, eademque, ac antè, aut propemodùm simili periodo, ob calorem extraordinarium ęgro impressum: Auctor fui, vt negotium naturę, ac tempori committeretur, in vsu refrigerantium persistendo, quę exacto quadrimestri affectum tandem superarunt.

Accitus fui in consultationem pro Nobili quodam S. Marcellinensi, cui nomen Dominus à Bernis, laborabat is febre

Hemi-

Hemitritæo, cui multa, & diuersa imponebantur nomina: bilem egerebat is sinceram, & spumantem, quo momento inuadebat paroxysmus, id quod metum mihi incutiebat, sopor ingrauescebat, & ac vix mentis compos fiebat ęger, cum sequens inuadebat.

Indicaui febrem esse Hæmitritæum, ac bilem illam meracam, quæ initio paroxysmi effundebatur, periculum non leuè portendere. Institutæ fuerant sanguinis missio, & catharsis, Authhor fui, vt exhiberetur China Chinæ, neglecta bilis vacuatione, à medicamentis purgantibus irritata, quia id medicamentum à quibusdam explodebatur, ideò neglectum, & omissum: Recedo, mei ipsius habita ratione, quippè vix à febre tertiana perfectè liberatus eram; affectus ęgri adeò recruduit à meo discessu, vt æger mortuis adnumeratus sit non semèl, etsi sopore tantùm detineretur: Si minori virium robore donatus fuisset, omissus vsus Chinæ Chinæ lethalis illi forsan' fuisset; reuerà, quod mortem euaserìt, contigit, quia iuuenis, & vegetus erat: tantùm enim empyreuma illius corpori inustum fuit, vt ignem accedere hoc tempore, omninò is nequeat.

Porrò si quidèm publici commodi fuerit, ostendisse, quomodò alui fluòr biliosus, isque copiosus, atque meracæ bilis, eiusmodi in affectibus sæpissimè inducat, citra pituitæ in caput influxum, soporem penè lethargicum, atque rationem tradidisse, quomodò expugnandum sit eiusmodi symptoma: cum porrò nihil æquè infestum sit cuipiam ægro, ac cùm humor aliquis, qui alium temperare, & emendare debet sibi contrarium, verendaque inducens symptomata, è corpore excluditur, sic in hęmitriteo nihil magìs verendum, (vel alia febre eiusdem indolis) ac cùm bilis initio, aut in declinatione paroxysmi effunditur, imò in ipsa febre maligna, nisi postmodùm desinant; sicuti enim pituita, quæ ab alio humore secreta fuerat, sensim incalescit, non secùs, ac palea madida igni imposita, ità ea, quę capite concepta est, adeò diffunditur (cuius regimen ad partem illam

illam pertinet) vt sopor indè exoriatur, non alia ratione discutiendus, quàm per paroxysmi longitudinem, eò quòd ignis accendi sufficienter nequeat, ob deficientem bilem præcedentibus vacuationibus exhaustam; Plurimos mihi ægros hac febris specie laborantes videre, contigit, imò iuuenes, & macilentos latis venis præditos, quod non infrequens est, qui euacuata durante paroxysmo bile, in apoplexiam ipso paroxismo desinente, inciderunt, vel initio subsequentis, eò quod pituita, cùm non ampliùs contineatur in venulis inferioribus à bile, cuius origo, sicut & domicilium est iecur, quæ è corpore expellitur, à cerebro atrahitur, illius humoris fonte, & metropoli, in quo diuersa inducit symptomata, ob vasorum interceptionem, arteriarum quidem obstructione apoplexiam, venarum 3 autem occlusione, veram phrenitidem, venularum cerebelli, conuulsiones, cum verò in cerebri substantiam effunditur refrigerato capite lethargum.

Dominus Petrus Becherandus, Regius Consiliarius in Camera rationum Monspelli, &c. constitutione squallidus, & macilentus, annos circiter viginti sex natus, copiosam bilem sinceram per aluum sex deiectionibus exclusit sub paroxysmi declinationem: Professores Vniuersitatis Monspeliensis, qui illius mecum curam gerebant, quò me contuleram, in bonis ducebant eiusmodi vacuationem, sed subsequente paroxysmo, ad pri-

---

3 *Hippocratis Doctrinam hic sequitur Auctor, inquit enim Hippocrates libro secundo de Morbis, quod hæc omnia patitur homo,* quàm Venæ in Capite calefactæ pituitam in se ipsas traxerint, postquàm enim venæ pituitam in se ipsas traxerint (*sequitur idem Hippocrates*) necesse est prè pituitæ frigiditate, sanguinem magis nunc sisti, ac perfrigeratum esse, quàm priori tempore, dùm autem sanguis non mouetur, fieri non potest, vt non etiam Corpus quiescat, & torpeat.

 4 *Hoc*

primam frigoris inuasionem, apoplexia suborta est, eaque lethalis; id contingit anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo.

Si symptomata illa verenda ingruant, eo propemodùm modo se gerendum, ac cùm ingressus non conceditur in cellam vinariam musti vaporibus oppletam, ignis in cella accenditur ad discussionem dictorum vaporum; aut, quod tutiùs est, vinum, si fès est, educitur, ne ampliùs vapores emittàt: Quandò bilis sincera in aliqua dictarum febrium efluit, pituita, quæ ab illa diuortium fecerat ex massa sanguinea, ægrum in soporem conijcit, mediantibus vaporibus crudis, & crassis, nisi propria illius substantia id præstiterit: Excitandi ægri gratia, 4 accendendus ignis in illius venis, necnon & in capite, hoc est, augenda febris ad discussionem vaporum, id quod consequi non ità facilè est, quia bilis cuius ope excitari debet, exhausta est: satiùs fuerit febrem omninò è corpore eliminasse, sicut vinum è cella educitur, ne ampliùs incendat pituitam: id porrò vt suc-

---

Tex. 10. 11. 38. sec. 6. Aph. Apho. 51. 4 *Hoc docet Hippocrates, inquit enim citato libro de Morbis, quod si alicui de repentè doleat Caput,* & statim vox intercipiatur, & sui impotens fiat, hìc in septem diebus moritur, si non febris inuaserit, si enim hæc inuaserit sanus euadit, *& alibi proponens curationem Apoplexiæ, quæ fit vbi Venæ in se ipsas pituitam traxerint, accendendum esse ignem, (quemadmòdum hìc loquitur Auctor) docet, inquit enim* curationis spem solumodò reliquam esse, si corpus incalescat, & sanguis, *hæc enim habet, &* si quidèm sanguis, & reliquum corpus superarint, ita vt incalescant, homo euadit, si verò pituita præualuerit, sanguis magìs perfrigeratur, ac congelatur, & si frigiditas, ac congelatio augescant, penitùs congelascit, ac perfrigeratur homo, & moritur, *quin' in Lethargicis calidis medicamentis Cerebro succurendum, docebat in libro de Hominum structura.*

5 *Ignis*

ſuccedat, cum aliud opportuniùs non ſupperat remedium, quandò bilis effunditur, quam China Chinæ, quę quaſi faſcinare videtur febres, & bilem (non ſecùs ac quidam, ignis 5 vim poſſe ſe ſupprimere, iactitant;) ad illud auxilium, citrà vllum periculi metum confugiendum eſt, nec permittendum, vt viui comburantur ægri, ac diſcerpantur, id quod in more eſt, nec vini emetici vſui damnandi, quod bilem expurgans mortem inducit: Sin' dimiſſo illo auxilio mors non obrepat, dicendum, ſi ſic loqui licet, ſic in fatis non fuiſſe, vt æger occumberet.

---

5 *Ignis vim poſſe ſe ſupprimere, & vt alibi loquitur Auctor, faſcinare, & elementorum ſummè actiuum, ſegnem, ac torpidum reddere, gloriabatur D. Richarſon Chimicus Anglus, cuius experimenta in triumphati ignis argumentum exhibita Pariſijs, & coram Regem Chriſtianiſſimum referunt Effemerides Litteratorum D. Nazari, Anno 1677. quæ tamèn omnia D. Dodari minimè adſcribenda docet alicui arcano Medicamento, quo oblinita D. Richarſon Membra igni obdurarentur, quemadmodùm tenerima adhùc Achillis Membra Ambroſia à Matre peruncta igni obdurabantur, iuxtà fabularum figmenta, ſed potiùs ea ad naturalem quandam diſpoſitionem eſſe referenda, & habitum longo vſu contractum, & dexteritatem, qua plurima vtebatur in ignitis pertractandis Corporibus, manifeſtè ſatìs probat;*

CAPVT VLTIMVM.

De Curatione Hydropis ſuccedentis febribus ope Chinæ Chinæ.

VEl hydropem præcedunt febres, præſertim Quartanæ, ſicuti Celſus, adnotauit ſuę Medic. lib, 3. cap. 20; vel hę ſubſequuntur hydropem: poſterioribus his inutiliter ferè exhibetur China Chinæ, quandòquidem ſunt productum cauſæ,

vt plurimùm curationem respuentis: Id remedium aliquandò à me vsurpatum est in gratiam ægrorum illud efflagitantium, solatium aliquod illis quæsituro: desinebat reuera febris 1 sed paucis post diebus reuertens, vel saltem hydropi nihil detrahens, vt plurimùm lethali.

Non eadem est ratio, si febres antecedunt hydropem, nam non admodùm difficulter curantur, nam sæpè numerò hydrops recedit, dummodò omnia conuenienter accedant, præsertim in catharticorum vsu, quę eadem die febres reuocantia, hoc pacto hydropi augmentum, & fomentum præbent.

Circà istam curationis rationem hoc ratiocinio vtor, nulli dubium est, febres morbos esse calidos, siquidem originem ducunt ab exuperantia ignis illius, qui partem viuentium constituit, ac proindè aptæ natæ tantùm sunt affectus homogeneos inducere, cuiusmodi sunt febris continua hectica, symptomata eiusdem indolis, delirium, vigilias, sitim, cephalalgiam, sin' has subsequatur hydrops, qui affectus 2 est frigidus, aliundè ortum

1 *Hoc pariter à me sæpiùs obseruatum fuit, sed potissimùm anno proximè elapso in D. N. N. Hidrope pessima laborante, cui Chinę Chinæ vsu dentidèm febriles suspendebantur insultus, nequaquàm autèm Hidropi aliquid detrahebatur, adeò aucta tandem febre, & facta acuta continua, vt intèr atrocissimos abdominis cruciatus miserimè expiraret, in cassum adhibitis pro Hidropis curatione omnibus, quæ offerebantur remedijs.*

2 *Tota ferè Medicorum Choors Galenum sequuta in ea olìm fuit sententia, quod omnis Hidrops fieret ab Epate frigidiore, & Hematosim non exactè perficiente, & per consequens Hidropem affectionem frigidam esse. Primi desertores Galeni fuerunt Guarinonus, Cardanus, & Montanus, à Tralliano fortassè edocti, & Auicenna, etiàm à calida intemperie Hidropem excitari, & non nisi refrigerantibus curari, hos posteà alij sequuti sunt, & hodiè potissi-*

ortum ducere nequit, quàm à resolutione caloris naturalis partis illum producentis, quæ resolutio caloris naturalis habetur in Capite, & vniuerso Corpore dum fit Annasarca, habetur in Iecore dum fit Ascites, & Tympanites; cum enim Bilis sedes sit Iecur, à Bilis redundantia Iecoris calor naturalis opprimitur.

Sicut ergò in morbis succedaneis, vel consequentibus, prima mali origo aggredienda est (*ad primam mali causam, causæ occasionem, & primordia deueniendum, ait Hippocr. 2. Epidem.*) ità in cura hydropis, qui febres sequitur, immediatè febris oppugnanda est, vt & bilis illam gignens: quæ si catharticis non obediunt quamprimùm, inutile est, imò noxium, illis pertinaciter insistere, ideò ad Chinam Chinæ confugiendum est, quidquid opponat libellus de ea editus: desinente febre, partes hydropem committentes instaurandę sunt, id quod faciliùs in Anasarca contingit, quàm in cæteris speciebus, si modò partes omninò liberę sint à febre, à qua detrimentum accepere: In

tissimùm recentes plurimi. Nequè enim semper in Hidrope culpandum esse Hepar, neque semper frigidam intemperiem accusandum, testantur obseruationes Anatomicę; plurium enim ab hoc Morbo defunctorum Anatomicæ prosectiones fidem faciunt, post ventrem sero, vel aqua inundatum, Hepar sæpè inculpatum reperiri, & Doctissimus Thomas Bartolinus publicè testatum reliquit, obseruatos non raró fuisse Hidropicos, saluo Hepate, aliarum partium vitio serosa colluuie inundatos, vbi autem Hepatis vitio Hidrops nascatur, adhùc tamen frigida intemperies non est sola, & potissima causa: Anatomica enim inspectio docet, Hepar in Hidrope, quandòque apostemate, inflammatione quandòque, Scyro, alijsque morbis laborasse; Malè igitur hic asseritur Hidrops ab Auctore affectus frigidus, quem posteà inferiùs refrigerantibus curare, agreditur.

In vsum ducenda sunt remedia refrigerandi, & corroborandi hepar vim nacta, enemata refrigerantia absque vllo cathartico confecta; si venter officio functus non fuerit, sollicitandus erit hausto oleo amygdalino, iusculo refrigerante, & aperiente sumpto, vel butyro recenti, aut prunorum æsu, superhausta Prissana refrigerante, & aperiendi vi prædita, ac similibus: præsertim verò tolerantia mali requiritur, etsi intumescentia ventris pertinaciter obsistat, vulgi opinioni non adhęrendo, ex cuius sententia nihil agendum superest, quàm vt purgetur æger
3 ad curæ complementum: Sin' alteri insistatur viæ, purgantia scilicet fręquenter vsurpando, recens instituenda est curatio, febris enim iterùm inuadit, augetur hydrops, vel rursùs emergit, si exhaustus fuerit: En experimentum improbi successus, simili in casu, alterius autèm exemplum deinceps sequetur,

Vocatus fui ad Dominas Moniales S, Vrsulæ deuotas Bagnolis, consultandi gratia pro Reuerenda Matre Assidente, cognomine Sororis S. Magdalenæ, laborabat febre duplici Tertiana, quam hydrops consequutus fuerat, isque Ascites: Paucissima effundebat lotia, id quod hydropicis vsu venire solet, eò quod serum decumbebat in partes, tumere solitas: Auctor fui, vt dimissis omnibus purgantibus protinùs China Chinæ in vsum duceretur, eò quòd curatio ex methodo institueretur, scilicet febrem primò oppugnando: exhibitis Prissanis aperiti-
uis

---

3 *Vtilissimum sanè, atque ratione, & experientia confirmatum præceptum, in Hidropis curatione ab exibitione purgantium, & Catarthicorum esse abstinendum, maxima enim inde subsequuntur in ęgrotantium pernitiem damna, & incommoda. quæ omnia hic afferre, longum nimis esset, illud insinuasse sat' erit, quod nunquam fęlici euentu Hidropicorum curationem purgantibus, & Catarthicis, neq; etiam Hidragogis tentatam, vidi, ideoq; ab ijsdem, quàm maximè abstinendum, quod idem insinuauit Galenus.*

4 *Hoc*

uis refrigerandi, & aperiendi vi donatis, additis hepaticis, ex radice brusci, agrimonia, capillaribus, cichoreo, rasura eboris, vsurpatis etiam Tabellis, ex eadem rasura, & saccharo rosaceo, rem demùm naturę regimini permittendo: Chimista quidam, remedium ad hydropem certum se possidere iactitans, absente me purgantia illi exhibebat, ventris dolorem aliquandò excitantia, profuturam purgationem assidentes rebantur, eò quòd effunderet Ægra humores nigricantes, ad me perscripserunt, responsum dedi, inducias purgantibus concedendas, sola China Chinæ vsurpata, cuius vnius benefitio exspectanda foret sanatio præsentium affectuum, febris scilicet, & hydropis istius sobolis, ad eius vsum deuenire, decretum est, postquàm compertum fuit, ab vsu remediorum Chimicorum retrocedere valetudinem, nedùm progredi, febris ab ijs æquidem ad tempus quieuit, hydrops autem incurabilis fuit.

Idem infortunium nuperrimè occupauit D. Bernardum, huius Vrbis ciuem, annos circiter quadraginta natum: Ictero ille aliquando fędatus fuerat, à quo liberatum adoritur febris quartana, & hydrops, partim ascites, partim tympanites comites se adiungunt, febris recessit, quo momento China Chinæ vsurpanda erat: breui post tempore purgans exhibitum, febris iterùm ingruit, hydrops grauior euadit: In consilium adscitus fui, deliberatum est, valedicendum omnibus catharticis, quo natura resurgeret, concessa quiete, nec reuocaretur febris, satisfactura enemata crebrò iniecta, ac tabellæ roborantes, quæ ex rasura eboris parantur, prætermissæ non fuere; vt nec Ptissana ex refrigerantibus, & aperientibus parata: Præ impatientia æger, ventrem tumidium ægre ferens auscultat Chimico sanationem intrà octiduum pollicenti, proponitur huic casus, ac monetur, abstineat à purgantibus, febrem semper reuocantibus: Sanitatis adipiscendæ studium ægrum parentem pollicitis Chimistæ reddit, temerarius iste remedia sibi familiaria exhibet, curatur quidem morbus breuiori temporis spatio

4 sed per mortem ægri, qui sanitatem fortè adeptus fuisset, aut saltèm diuturniore vita frui potuisset, nisi audacitèr mori, vt aiunt, illi satiùs fuisset.

Ancilla Dom. Pichott, Regis Consiliarij in Rationum curia &c. Monspelij, hac in Vrbe, febre Quartana detenta fuit, ob quam tumida toto corpore euasit: cùm apud nos constitutum esset, illi præbere Chinam Chinæ, de cuius exhibendi ratione iàm nobis constabat, purgans datum fuit, postridiè febris triplex è simplici facta est, sed exacerbationes leuissimæ erant, exspectaui donèc in simplicem euaderet, id quod quindecim, aut viginti diebus exactis contigit. Vrgebat illius Dominus admodùm vt China Chinæ concederetur, moræ impatiens: Apud Monspelienses malè audiebat illud medicamentum, cùm febris statis reuerreretur paroxysmis, solam assumpsit infusiosionem, à qua profligata febris, nec diù post subsedit intumescentia totius corporis, demùm ægra Monspelium redijt.

Id notum fieri volui, necessè esse, vt febres duplices in simplices commutentur, si liceat, antequàm ad Chinæ Chinæ vsum deueniatur, sæpè enim vnicum paroxysmum soluit: Id quod ex sperimento mihi confirmatum est in Patre cucullato huius Vrbis, meo consobrino, R.P.Hippolito, duplici febre 5 Quartana laborante: Ab vsu Chinæ Chinæ profligatus vnus paroxysmus, altero superstite, adeò vt iterata exhibitione opus fuerit. Sin' in febribus duplicibus id medicamenti genus vsurpandum sit, hoc præsertim obseruandum videtur in paroxysmo simplicis Quartanæ, quo sublato, alter vt plurimùm valèdicit, at verò id in R. P. Cucullato non accidit.

Vxor

4 *Hoc idem prorsùs euenisse, vidimus in adducto iam D. N. N. cui ab audaci Empirico validiora exhibita cathartica fuerunt,*

5 *In duplici Quartana, & duplici Tertiana sæpissimè vtrumque Paroxysmum vnica China Chinæ exhibitione sublatum, vidi.*

1 *Hoc*

Vxor rustici hac in Vrbe degentis, cognomine, *le Begue*, annos triginta quinque nata, prehensa fuit febre duplici Tertiana; à qua coniecta fuit in hydropem: toto ferè corpore tumida euaserat, rogor à marito, vt sedulam coniugis curam gererem, Bagnolio Chinam Chinę aduhei curaui, ac pręmissa venæ sectione, illam macerari iussi in sesquilibra aquarum Agrimonię, & Chicorij, infusionis dozes duas hausit, irrito successu, vnaquaque die paroxysmi inuadente frigore, tertia assumpsit infusionis reliquam partem cum puluere, vndè profligata febris: vsa est deinceps Ptissana facta cum radice brusci per longum tempus, cum porrò pertinax esset intumescentia, expetijt à me purgans medicamentum, quod plurimi vrgebant, illud prohibui, hydrops propemodùm recessit: Pharmacopęus me inscio catharticum illi præbuit, febris autem eadem die reuersa est, ac hydrops augmentum cępit: cum verò instaret solstitium hybernum, auctor illi fui, vt ab ipso sanationem exspectaret, id quod reuera contigit, nam hydropis nullę reliquiæ, nequè crura vnquàm adeò gracilia, superstite solum colore vultus admodum pallido, qui iam disparauit: à mariro tandem expiscatus sum Pharmacopæi beneuolum animum, qui exhibito purgante febrem exulem reuocauit, cuius vsu interdixeram.

Defunctus Dominus Comes Roureus, Præfectorum hac in Prouincia antiquissimus, magnoperè vergebat in tumorem totius corporis vniuersalem; pedum enim insignis aderat tensio Illum Bariaci degentem febris Quartana adoritur, ac eodem propemodùm tempore intumescentia totius, febris Chinæ Chinæ cessit, hydropi postmodùm mederi intendens, ad vsum lactis Vacini se accinxit, ex consilio Medicorum quorundam Parisiensium celeberrimorum, quibus profectò febris mentio nulla facta fuerat: non diù post febris redit, incrementa capessit hydrops, vultus multò magìs, quàm ante plumbeo colore fędatus, eo in statu, vrbem se conuehi, curauit, excepturus

Domi-

Dominum Ducem Vernolium, Prouinciæ Proregem; rogauit me, vt curam valetudinis accuratam gererem: ab vſu lactis deſiſtere, iuſſi quod vix conſequutus ſum, ac purgari corpus; nec diù poſt Chinam Chinam aſſumpſit, vino albo maceratam, relicto puluere, febris hinc omninò deſijt, ac citrà recidiuam, vſurpauit Tabellas ex raſura æboris cum ſaccharo roſaceo confectas, omni tempore: Hydrops ſuperueniente breui diarrhæa diſcuſſus eſt, horis matutinis adueniente, excluſo humore aqueo, ſolummodò pedes ad aliquod tempus tumidi remanſerunt: Prædixi illi intumeſcentiæ cauſam in iecore non eſſe quęrendam, id quod nemini perſuadere licuit: Ad ſuos poſtmodùm redijt, exceptoquè paulò liberiùs aere frigidiuſculo, inuaſit catarrhus, exacto circitèr menſe, comitem ſe adiunxit febris, cum dyſpnœa, & intumeſcentia: ſanguinem ſibi, reluctante Domino Medico des Vans, è brachio mitti, curauit: ad illum propero, ac in altero brachio venam tundi, iubeo, deſinit febris, ac ſimul dyſpnœa, purgatio demùm inſtituta, rurſuſque tabellas ex æbore, & ſaccharo roſaceo vſurpauit: iuſcula refrigerantia, & aperientia cum eadem raſura, chicorio, & capillo Veneris: At verò cum humores à febre, eaque ſatis valida per aliquot dierum decurſum attenuàti, & excalefacti eſſent, vrinæ fluor, vel diabetica paſſio ſucceſſit, qua per quinquemeſtre quadringentas circiter aquæ libras effudit, maiore per diem copia: fluxus ille ad aliquod tempus du auit, quaproptèr intumeſcentia deſijt, etiamnùm pedum, quos deinceps ſemper tumidos fore, crediderat: Cum poſtea me abſente Lutetiam conceſſiſſet, cuius aer illi admodùm erat infeſtus, hydrope denuò infeſtatur, ſed lethali: Cadauere aperto, Iecur non multum labefactatum repertum eſt, ſicuti dixeram, id quod aſſidentes in ſtuporem pertraxit.

Alias febricitantium hiſtorias ſilentio prætereo, quos vſu Chinæ Chinæ; irritis cæteris remedijs, ſanatos vidi: Id verò addidero, me numquàm hoc remedium citra ſucceſſum exhi-

buiſſe,

buisse, hoc est eius ope semper curatas fuisse febres: ac maximam partem me ad eius vsum confugisse in illarum pertinacia, aut cum symptomata verenda comitarentur, qualia superiùs enùmeraui.

Multa præctereà circà curationem aliorum morborum, vsurpata China Chinę, afferre possem manuducente Hippocrate, qui mihi semper præluxit: At cum periclitari hactenus non licuerit, quod Pharmacopęis nostratibus, vt sibi compararent, auctor esse non potuerim, præstolabor experimenta mea; iniquum enim foret, quicquam inexpertum adducere, vbi vita hominum agitur, ea quippè tantummodò publici iuris facienda, quę ratio, ab antiquis deprompta, & experimenta, fausto euentu confirmata nobis suppeditant.

D. DE BLEGNY

Obseruatio de Arcano Febrifugo deprehenso.

EOrum plurimis, qui more solito Medicinam faciunt, in mentem non venit, quo facto Empirici illos nominis celebritate superent, ipsisque famam pręripiant. Causam reijciũt in magnatum credulam fidem, & assensum facilem, mollitiem animi, & obsequentiam eorum, qui ab illorum lateribus non discedunt, populi stoliditatem, & inscitiam, temeritatem, & imprudentiam eorum qui in sacram artem, illius principiorum ignari, falcem inijciunt: paucis fortunam, astra fauentia, & prosperum fatum eorum, quibus illi operam dicarunt, nec tamen

mèn animaduertunt pænes se culpam latere, ac ipsosmet, vt aiunt, sicutì turdos sibi malum cacare, nec enim alia subest causa, quàm obstinata * vsurpandorum consuetudo præsidiorum Medicorum, presertìm generosiorum.

Reuerà, dùm exempli gratia in colico dolore, in cholera morbo, in tenesmo, in dysenteria, alijsque eiusmodi affectibus euacuantia remedia, causæ consulentes, in vsum ducunt, nè, inquiunt, supersit in partibus fermentum, quod noui affectus auctor fiat, si qui proprio marte, sagacitateque ingenita, aut ex communicatione arcanorum remediorum, artem callent citam curationem promouendi, tantùm abest, vt in vsum ducant

* *Hoc idem insinuabat Ioseph Quercetanus in suo Tetrade grauissimorum Capitis affectuum, vbi post longiùs exageratam remediorum Chymicorum prestantiam, ait, at sanè non citrà dedecus, & ignominiam artis medicæ, aut Medicorum potiùs, cernere licet siue in Italia, Germania, Gallia, alysque regnis, & prouincijs, ac etiam in multis Accademijs, magno celebrium Medicorum numero decoratis, Empiricos multos, qui etiam omnium litterarum ignari, remedijs tamen suis solutiuis, ex Mercurio, Antimonioque paratis, suoque laudano, & id genus alijs tàm metallicis, quàm vegetatiuis, vtcunquè ab illis, & satis indoctè paratis, tàm egregia tamèn prestant, vt quibusque vel contagiosis, vel grauissimis morbis, ac doloribus sæuissimis plùs auxilij, & solatij, idque parua, & gratissima suorum Medicamentorum dosi, quàm multi, Medici, qui vel celeberimi vulgò habentur, emplastris suis Mercuriatis, annodinis, paregoricis, & nareoticis suis remedijs conferunt, qui sua idcircò tàm tuta, & salubri experientia ac effectis tàm potentibus Doctores illos Medicos, à quibus doctrina, & eruditione longè, lateque superantur, tamèn præuertunt, eosque nobilium familiarum ædibus sua admissione, & introductione excludunt.*

cant vllum medicamentum, à quò infringatur tonus partium, dùm id validiùs vires ſuas in illas exerit, eoque pacto humores, & ſpiritus in tumultum agit, ex quorum metaſtaſi plerùmque malorum cauſa immediata deducenda eſt, vt potiùs illi incumbant in fixationem eius, quod iam in partes ægras influxit, quò ſuperata eius vi, indè exortus affectus eò citiùs ſuccumbat: interim dùm priores, Diarrheæ curationi intenti, Lienteriæ, ac in genere affectuum excitatorum à relaxatione ventriculi, & inteſtinorum, præſcribunt vſum Emulſionum, Iuſculorum è carne Vitulina, ennemata ex decocto capitis, & inteſtinorum veruecinorum, quibus omnibus vis, & facultas ineſt, eiuſmodi relaxationem fouendi, vel augendi, poſteriores exhibent Pulueres, Opiatas, aliaſque compoſitiones adſtringentes, & roborantes, partes affectas citò priſtino robori reſtituentes: ſic dùm nonnulli ad vigilias, phrenitidem, aſthma, aſcenſum vaporum, ſpaſmos, alioſque affectus, quos ſpirituum inordinati motus produxerunt, præſcribunt venæ ſectionem in brachijs, aut pedibus, ennemata, potiones cardiacas, quo pacto eiuſmodi motus ſæpè numero in maiorem confuſionem agantur, & tumultu vario hùc illùc cientur, alij ſtudent illos compeſcere, temperare per ſomnifera, & narcotica, quæ ſopiunt ſpiritus, ac in momento quaſi tranquillitati priſtinę, ac quieti reſtituunt; interim dùm quibuſdam purgationis gratia Senna ſolummodò in vſum venit, plurimis torminibus moleſtiſſimis infeſta, Rheum, vel Caſſia, medicamenta exiguæ efficacię, Sal polychreſtum, Cryſtallum minerale, aut aliæ nitri præparationes, quorum vſus ferè continuus ſtomachi tonum fęrè ſemper labefactat, alij pręparant purgantia mitia, benigna, at certiſſimi effectus, ex colochyntide, Scammonio, turbith, ialapa agarico: dùm quidam inutiliter tempus terunt, ſanguinem è brachio mittentes, in Rheumatiſmis, Febribus, Apoplexia, Letargo, Arthritide, Catarrhis, Hemorrhagijs, è pedibus autem in ſuppreſſione menſtruorum, lochiorum,

rum, fluore vterino, ac plurimis alij affectibus, alij ægros à difficilimis morbis liberant exiguo temporis ſpatio, vſurpando hidrotica, vomitoria, chatartica, fixantia, ſtyptica, aperientia generoſiſſima.

Hinc nuperimè quidam exteri tantoperè celebres fuere ob citam febrium curationem, non quòd illis ſuppeterent medicamenta exotica, ſed quòd comperta ſagaciori ingenio, & audaciùs in vſum duxerint: ſi enim præſſiùs ad examen reuocentur duo Febrifuga, hodierno tempore maximè familiaria, facilè innoteſcet, id, quòd febribus intermittentibus dicatum eſt, baſin obtinere *Quinquinam*, quòd verò ad continuas dirigitur, vim pręcipuam nanciſci à Sale Viperarum; Reuerà ſi Quinquina, ſimplicitèr in vino albo infuſa, fuerit exhibita, ac Sal volatile viperinum diſſolutum in liquoribus cardiacis, id quod hactenùs præſtiti, ſucceſſus non adeò certus eſt, ac Febrifugorum mihi iam memorandorum, ſed addè, quod eo modo exhibita, dicta modò duo medicamenta, nihilominùs certiùs operantur, quàm ſanguinis miſſio, & ennemata, à nobis vſurpari ſolita; Veriſimilè eſt, illa, cum ex ſe proprietates ſingulares obtineant, efficaciorem vim nanciſci poſſe, ſi alijs remiſceantur, aut ſingularis accedat præparatio.

Me quod attinet, quem inuidia non tenet ob aliorum fęlicem progreſſum, nec vnquàm famam comparare ſtudui alterius ruinę innixus, ſatìs non fuit ſuſpicere mirandos effęctus remediorum, ab exteris illis vſurpari ſolitorum, ea prętereà vbique depredicaui, ac etiam ſi in poteſtate mea fuerit ęquipollentia proferre, illa tamèn tanquam potiora vbique extuli, quandiù arcana mihi fuere: at verò cum libertas illa, quàm profiteor, nunquàm impedimento fuerit, quominùs curioſitati meæ, ac officio ſatisfacere, elaborarim, tanto ſtudio in id incubui, vt noua illa Febrifuga in notitiam meam peruenerint, ex conſideratione coloris, ſaporis, odoris, conſiſtentiæ, ac præſertim effectuum, vt nullus dubitem, me

consequutum esse, ac attigisse scopum.

Tanti mysterij, penetralia indagaturus, hoc propemodùm ratiocinij genere vsus sum: Remedium ad curationem Febrium intermittentium vsurpatum, illas expulit absquè vlla manifesta Crisi, id ergò contigisse necesse est fixatione materiæ febrilis, id quod fit, cum Quinquina exhibetur: Febres eò pacto curatæ rariùs reuerse sunt, quàm quandò sola Quinquina in vsum ducitur, verisimilè ergò est, illius actioni fixatiuum quoddam robustiùs coniunctum fuisse; illi qui ope eiusmodi remedij sanitatem adepti sunt, paulò post assumptum tranquillitatem gratam experti sunt, in soporem delapsi, excretiones porrò omnes interceptæ fuere, fixatiuum ergò illud, credendum est, Opium fuisse, cui soli omnes prædicti effectus debentur. Continuarum porrò febrifugum tranquillitatem etiamnum inducit, & somnum, imò diarrhæam, dysenteriamque sistit, inferendum ergò, quoquè effectum illum Opij etiamnum sobolem esse: At quanquam id Febrifugum fermentationes omnes insolitas dicto modo coerceat, nihilominùs tamèn euacuationes quasdam promouet, fermentum febrile expellentes, continet ergò compositio dicti febrifugi vacuans aliquod, eò nomine Opio valentiùs, quòd ab hoc illius energia non prohibeatur, nullum porrò intèr euacuantia efficaciùs reperire est, quòd subtiliores obtineat particulas, aut velocioris sit motus, quàm est Sal volatilis viperarum ergò Salis illius actio coniungi debet Opij actioni, vt indè prodeant duo effectus adeò contrarij.

Ab eiusmodi ratiocinationibus ad experimenta transitum feci, quorum priora aliquo successu comprobata sunt, meliori in sequentibus, at omninò ad votum in posterioribus, eò quòd nactus fuerim præcisam proportionem mixtionis, & dozium. Pergo nihilominùs in experimentis, quo colophonem imponere queam instituto meo, rem verò ad perfectionem vbi deduxero, publici iuris illam facturus sum.

Inte-

Interim hortor eos, qui laboris amantes sunt, nec rei priuatæ augendæ plùs nimio intenti, mecum in Societatem operis veniant, ac rogo participem me faciant obseruationem, super hac re collectarum, quo iuncti operibus perfectam rei notitiam essequi, valeamus.



OBSER-

OBSERVATIONES
DE FEBRIBVS,
ET
FEBRIFVGIS

Habitæ à Clarissimo Viro

IACOBO SPONIO

Doctore Medico Lugdunensi.

ARGVMENTVM.



Anta est eorum, quæ in hac Epistola Domini Iacobi Sponij Medici Lugdunensis continentur, vtilitas, atque præstantia, vt illam tanquàm operis coronidem, & complementum vltimo loco collocare, opportunum duxerim, & licet in hac Epistola, quasi nulla habeatur Chinæ Chinæ consideratio, nequè comprehendat expresse Methodum febres China Chinæ curandi, hoc enim præstitit Auctor in suo tractatu de febribus, & febrifugis iàm olìm ædito, adùch tamèn in hoc opusculo eidem debebatur locus, quandò, de Febrifugis intèr quæ primas obtinet China Chinę, in ea habetur sermo, & China Chinæ vtporè Remedij Medici Angli præcipua basis Dominum Sponium ad ipsam conscribendam con citauit; Quia igitur remedia hic expenduntur, quæaliqua vi Febrifuga prædita sunt, & quia, China Chinæ Auctori, vt hunc suum in lucem æderet fætum, obstetricata quodamodò fuit, ideò varijs hisce de China Chinæ tractatibus erat subnectenda, neque dubito, quin' pergrata tibi, atquè iucunda futura sit, Lector Beneuole, præter vniuersalem enim quandam febrium ideam elegantissimè expressam, quarundam prætereà difficilium de Febribus, & Febrifugis quæstionum solutionem con-

tinet, quin' amenissimis eruditionis respersa floribus, iucundissimas quasdam de Medicina AMERICANORVM VIRGINIANORVM, alijsque rebus exhibet obseruationes. Libellus D. de Blegny, cuius gratia huiusmodi Epistola ab eruditissimo Auctore conscripta fuit, ad meas manus nondùm peruenit, quapropter cum eiusdem ideam quandam nobis exhibeat obseruatio dicti D. de Blegny de Remedio Febrifugo deprehenso, quæ habetur in Zodiaco Medico Gallico, ideò illam huic Epistolæ præmittere necessarium, duxi, nè scilicèt aliquid omitterem, quo posset tuæ satisfactum iri curiositati, tuaque eruditio expleri Lector Beneuole; ne vè D. de Blegny debita defraudaretur laude ob innumera adeò Reipublicæ Medicæ Litterariæ collata benefitia; præstantissimo enim huic viro innumeras adeò de Febrifugis obseruationes debemus, quibus annis proximè elapsis Medicam auctam vidimus supellectilem.

Verùm nè diutiùs amenitate, & vtilitate operìs defrauderis, perlegè iàm, nequè ampliùs in limine hereas.

OBSERVATIONES DE FEBRIBVS. ET FEBRIFVGIS

Viri Clarissimi

IACOBI SPONI

Doctoris Medici Lugdunensis.

Domine.



Iratus non sum nuperam illam tuam animi occupationem, à lectione primarum paginarum libelli, cui titulus est *Admirandum remedium Anglum patefactum per Dominum de Blegny*. At verò, cum quid de dicto libello sentiam, & de Febrifugis, in omnium ore iàm versantibus, à me queras, satiùs esse duxi, rem calamo, quàm verbis efferre.

Librum dictum à *D. de Blegny* emissum, cuius curæ debemus,

mus, *recens* 1 *in re medica detecta*, vix in Vrbem delatum, auidissimè euolui, exploraturus, num remedium, ac ratio idem exhibendi, cum ijs conuenirent, quæ antè quinquemestre, aut semestre, non irrito, sed fausto successù 2 vsurpaui in febribus Tertianis, duplicibus Tertianis, & Quartanis, imo, & continuis, ac malignis, quas tamèn non eadem certitudine superat, ac intermittentes, à quibus exiguo dierum numero expugnantur, perlegi ergò, vel, vt veriùs dicam, absorpsi dictum librum, ratus, me in illo reperturum id, cui animus inhiabat: at verò prætèr modum, quò arcanum in ipsius 3 notitiam peruenit,

---

1 *Iàm vidimus, quòd* Zodiaci Medico Gallici *primam originem debet Litterarius orbis D. Nicolao de Blegny, quæ enim recentèr obseruata, & explorata in re Medica collegerat D. de Blegny, & Gallico Idiomate eulgauerat, eadem latinitate donauit, &* Zodiaci Medico Gallici *indito nomine, Litterario orbi communicauit Theophilus Bonettus, cui famatissimo, & eximiæ eruditionis viro, illo etiam nomine plurimùm debet Respublica Medica, quod scilicet aucta fuerit eiusdem studio, & labore* Sepulchreto Anatomico, Mercurio Compitalitio, Medicina Septentrionali, Poliante Medico, *& alijs*.

2 *Post tot Parisijs excitatas turbas à Domino Talbotio, seù ab eiusdem Febrifugo, eò collimarunt omnium Medicorum conatus, eò tendebant omnium labores, vt, vel exploratam haberent huiusce remedij D. Talbotij naturam, vel si possibile esset, aliud simile excogitarent, à quo pari facilitate febres expugnarentur, hanc pariter susceptam fuisse prouinciam ab Auctore, ex eiusdem verbis satìs euidènter patet,*

3 *Quomodò à D. de Blegny Arcanum Febrifugum D. Talbotij fuerit deprehensum, habetur ex relatione eiusdem in Zodiaco Medico Gallico Obseruatione prima, Mensis Aprilis, Anni 1680. quam ad Calcem Tractatus D. Restaurandi exaratam habes Lector Beneuolè.*

4 *Hu-*

uenit, ac fidem datam, se poscentibus id communicaturum, nihil vltrà nactus sum.

Agendi illa ratio nonnihil prima fronte mihi displicuit, nec dubito, mecum alios Lectores eodem animo fuisse, sed re aliquandiù pensitata, agnoui tandem, Auctorem sapientis, & prudentis partes egisse: Reuerà euulgatum remedium, & publici iuris factum, contemptui foret, occasionemque plurimam fraudis præberet quibusdam 4 pharmacopæi, qui, febribus nullum imponi finem, optarent, multis præterea medicis, qui iàm pridèm in verba *Hippocr. & Galeni* iurarunt, quos puderet, diuersis, & alijs 5 insistere vestigijs, quàm quæ trita sunt ab eorum maioribus: Imò fortè accidisset, vt viles Barbitonsores, rusticani, mulierculę, ipsaque plebecula, de re medica cum peritissimis Medicis contendere, auderent, remedium quippè id non omnium manibus sine discrimine terrendum, cùm non minùs

---

4 *Huiusce farinæ homines non sunt Pharmacopolæ in Italia, & potissimùm in nostra hac Vrbe, vbi nobilissimam hanc artem exercent integerimi, & multę eruditionis, ac experientiæ Viri.*

5 *Pauci hodiè sunt Medici, qui Antiquitatis villia dici possint Mancipia, seù, vti dicebat citatus iàm Quercetanus, qui veteri suæ pelli immori, malint, quàm prudentis serpentis immitatione, noua aßumpta, senectam deponere: discusso iàm auctoritatis iugo impunè licet alijs insistere Vestigijs, quàm ijs, quæ à maioribus fuerunt tritâ, dummodò tamèn in nouo itinere duces habeantur ratio, & experientia.* Non vna igitur semper terrenda est via, *dicebat in eruditissimo suo tractatu de Hirudinum appositione interna parti Vteri in puerperij, & mensium suppressione fælicissimæ ricordationis parens amantissimus D. Hieronymus Nigrisolus in Almo nostro Ferrariensi Gymnasio Lector Primarius*, noua sunt amplectenda, dummodò ratione fulcita illa sint, experientia firmata.

minùs sit periculi, quàm 6 si sclopetum teneat infans, nè in improbum vsum ducatur,

Iniquum præterea me iudice fuisset, si vigilię, & curæ artis studiosi ignaris in prædam caderent, ac mel, ab ingeniosa api collectum, ignari fuci esca foret: eiusmodi desiderium, ac accuratum studium ad rem occultam detegendam, via aperta est, & aditus ad aliarum rerum abstrusarum notitiam, etsì inani forsàn successu res ipsa indagaretur, arbitror enim, non paucos in alijs prouincijs medicos eodem mecum impetù peritos fuisse, à quo tempore celebria fuere Febrifuga, vt ea nouis experimentis confirmarent; tandèm constat, remedia quædam fastidium parere, si eorum compositio innotuerit, ad omnium verò gustum illa esse, secreti velo si sint inuoluta.

Obijciet fortassis mihi quispiam D. Augustini dictum, *non decere Christianos, rem in occulto habere, quæ generi humano vtilis, & salutifera sit*; imò & illud addet, quod tradit Sydenham, eruditus Medicus Anglus, Obseruat. Auctor. Morbor. sect. 1. cap. 5. si cuipiam innotuerit remedium aliquod specificum, aut certa quędam ratio febres intermittentes curandi, improbi ciuis, aut imprudentis nomen meretur, 7 si in apertam lucem non

---

6 *Medicamenta etiàm præstantiora, vbi ad manus imperiti alicuius, sed audacis Empyrici peruenlant, sunt veluti gladius in manu furiosi, & de cæteris omnibus Medicamentis dici potest, quod olìm de Mercurialibus solùm dicebat Guglielmus Fabritius, vbi scilicet ab imperitis, & indòctis in vsum ducantur*, Mercurius vitę in Mercurium mortis plerùmque euadit; vel saltem Mercurius fit vitæ æternę.

7 *Sydhenam loco citato ait, Medicum omni iure teneri patefacere remedia, quæcumque habeat certa, & experientia confirmata,* Anim. *Ludouicus Septalla Animaduersionum, & Cautionum Medicina-* 14. *lium libro primò admonitos facit Medicos, quod sicuti decet selectiora*

non proferat rem humano generi adeò vtilem: *Nec enim probum ciuem decet, in rem peculiarem conuertere id, à quo in humanam societatem tantum commodi redundare, potest, neque virum prudentem, benedictionem diuinam à se arcere, expectandam à summo bonorum largitore ergà eos, qui commodis publicis inuigilant, virtutem, & sapientiam pluris faciunt, quàm diuitias, & inanem famam.*

Dictis responderi potest, si de vtilitate remedij, publici iuris facti constaret, & constaret, in vulgus emissa medicamenti cōpositione, maximum indè commodum humanæ societati accessurum, à viro generoso illæsa conscientia non posse id supprimi, sed è contra satiùs esse, id ipsum non euulgari; illumque probi ciuis, & prudentis partes agere, qui id in oculto esse, curat,

---

ctiora quedam, & experta habere remedia, ità eadem in Arcanis habere, non licet, quod validissimis rationibus probat etiam Zachias Quest. Medico Legal. vbi apertè docet, quod probi Medici secreta habere non debent: Daniel Sennertus de Consensu, & Dissensu Chymicorum ait, Dubito an' Medicus Christianus salua conscientia possit Medicamenta, quibus grauissimi morbi curari, queant, occultare, & si id faciat, an Christiano rem dignam faciat, *Paulus Amanus in sua Medicina critica Discurs.* 25. *super Casum* 25. *concludit ex Michaele Sauonarola Cap. de Ægritud. Capit. & ex Rennato Moreauù in Schol. Salernit Cap.* 37. *quod Medicus grauissimum committit peccatum, si arcana subticet, & non reuellet, quod etiam difusè admodùm docet Gaspar' à Reies in suo Elisio Iucund. Quest. Quest.* XIV. *& huiusmodi Medicos cum Scribonio Largo auaritiæ reos facit; qui experti sunt remediorum vtilitatem dicebat Scribonius, denegant autèm vsum, culpandi valdè sunt, vt potè qui crimine inuidiæ flagrant, cum Seneca itàque concludere liceat, compositionem Medicamentorum salutarium nemo supressit, ne sanarentur indigni, quid si digni sunt.*

Lib. 6. tit. 1. q. 6. n. 11.

8 *Non-*

curat, cuilibet tamèn facta potestate, id ipsum conquirendi, si perquiratur: Rationes proximè antè paucis adduxi: in exemplum prodeat ipse nominatus *D. Sydenham*, remedium aliquod, etsi typis commissum, non adeò tamen prò rato habendum, antè quattuor, aut quinque annos in lucem emisit *obseruationes suas in morbis acutis*, præstantissimam methodum curatricem plurimorum morborum, imò & febrium (quarum curandarum adeò peritus est artifex, vt medici febricitantium Londini nomen gerat) exhibentes, nec tamèn methodum ab ipso traditam cęteris normam fuisse, nobis constat. Prodìerunt itidem eruditissimi de cura febrium, aliorumque morborum libri, plurimis grati, & accepti, non ideò tamèn tanquàm exemplar curationis habiti, quanquàm ratione, & experientia fulti, quin' potiùs prò acuti ingenij partù considerati.

At verò vbi primùm Medicus Anglus curationibus insignibus illustrem se præstitit, nemo non eius methodum vndè quaquè perquirere anxius fuit, ac plurimi, eius arcanum se possidere, pubilcè professi, imò venale exposuerunt, titulo *Remedij Medici Angli*, & inter Parisienses, & vbique per totam Galliam disseminarunt, tantum valuit nomen arcani remedio illi inditum, ad famæ conciliationem: hinc cum arcani vox omnium mentes inuaserit, ęquum est, arcani velo omnia tegere, vt veritas adagio concilìetur, *Populus vult decipi, decipiatur*.

Absit, vt Medico Anglo personati nomen imponam, quin' ingenuè prôfiteor, artem Medicam multum ipsi debere, porrò, etsi in patria Pharmacopæi tantùm titulo insigniatur, ob non vulgares dotes illustris Febricitantium Medici nomen meritò adeptus est, qui verò methodum huius, illis imperuiam despectui habent, genuini Medici nomine minùs digni sunt.

Non ideò tamèn mihi probatur, aut 8 mysterij nomen, quo

---

8 *Nondùm Mandato Regis Christianissimi publici iuris factum erat*

quo remedium inuoluit, aut eius enormè prętium per quę detegitur animus lucri auidus, & charitatis expers, 9 si non defodiat talentum, certè plùs iusto lucro inhiat.

Vt ęqua lance res procedat, ac christiani simùl, & probi ciuis Medicus famam consequatur, sequentes, me iudice obseruandæ sunt cautiones, & regulæ, quò illis satisfiat, qui remedium omnibus, æquè expositum volunt, & simul ijs, qui arcanum volunt.

Gratis pauperibus, [si licet id, quod pollicetur D. de Blegny] id remedium, aut illi affinè elargiendum.

Non eam sibi necessitatem imponat Medicus, vnamquamque dozin ægro porrigendi, nequè curiosos Medicos ab examine remedij prohibeat, qui enim adhibita cura voti compos factus fuerit, idem propalare cauebit, ac manifestum facere illis, qui curam inuestigandi non adhibuerint.

Liberè artis magistris communicetur, quibuscùm nobis intercedit necessitudo, aut affinitas, ijs præsertim, qui procùl à nobis dissiti sunt, ad quos transferi remedium, non ità procliuè sit, sed adhibita cautione, vt nè publici iuris per ipsos fiat.

Remedium experimentorum fræquentia per duos, aut tres annos confirmetur, antequàm communicatio eius fiat: Sin postmodùm per litteras ideam quandam impertire, lubeat, ea sit, quæ peritos pęr artificiosam coniecturam ad eius notitiam manù veluti deducat, ac ideam quandam concipiant, à re ipsa non

---

erat præstantissimum Remedium Febrifugum D. Talbotij.

9 *Veh' homini, qui talentum sibi à Deo concreditum, sub' terra defossum abscondit, malum vas*, dicebat Eusebius Philosophus, *est, qui scientijs eruditus ob animi malitiam, alijs desiderantibus non communicat bona, quæ recondit, & nè in vsum veniant putrescere sinit.*

10 *Hu-*

non dissonam, 10 adeò vt imperitiores nucleum non attingant.

Nec obstinatè nimìs negandum, remedium hoc, vel illud esse medicamentum, imò annuendum, non aliud esse, quam solam infusionem Quinquinæ, Centaurij, imò si lubet, putaminum 11 nucum, dummodò valetudini citò restituatur ęger, tutò & iucundè, quantùm licet per medicum, cui non est concessum, penetralia corporis ægri, tamquàm per fenestram, introspicere.

Quamobrèm D. de Blegny, cui non alius scopus propositus fuit, quàm publicum, & ægenorum commodum, ęgrè non ferret, si prætereà quidpiam innotuerit, ex saporis obseruatione, coloris, subsidentiæ, & remedìj effectibus, quandòquidèm eò sagacitatis deuenerit, vt remedij Medici Angli cognitionem assequutus sit, ab hoc sacris inuolucris obtecti.

Capite tertio, quo de vtilitate, ex hac remedij in publicum extractione, emergente, videre est effigiem accuratam quorundam medicorum, quibus non alia ad morborum curationem in para-

---

10 *Huiusmodi artificio vti, consueuerunt Artis Chimicæ cultores, per enigmata scilicet loqui, ne Artis Mysteria alijs, quàm Artis filijs manifestarentur, iniqua tamèn, & minimè aprobanda consuetudo; per quam Artis incremento, atque progressui præiudicatum adeò fuit.*

11 *Nucum putamina Febrifugis adnumerat, Alexifarmaca nonnullis sunt hæc putamina, ex ipsis enim Oleum destillatur Oleo Vitrioli affinè, vtilissimum in Peste, & Venenis Remedium: Viridia vbi illa sunt, emetica vi pollent, ob Sal Vitriolicum, quo abundant, Febrifugam vim succo ab ijsdem expresso non negarim, quandò succus Mense Februario, vel Martio, ex radicibus perforatis destillans, depuratus, magno cùm successu in febribus exhibetur, notante Thoma Bartolino;*

12 *Hi-*

paratò sunt remedia, quàm sanguinis emissio, 12 casiæ, sennæ, & clysterum vsus, quorum sermocinationes ambagibus irretitæ, & demùm collineantes, vt ægro curioso illudant, mulieri clinicæ, popello, omnium rerum notitiam affectanti, absonum est, priscorum auctoritatem tam pertinaciter amplecti, quin' potiùs ad incudem reuocanda, quæ neoterici arti Medicæ recens adiecerunt, tam quòad humani corporis œconomiam, quàm morborum causas, & remediorum inuentionem, nonnulli enim Medici in Hippocrate 13 omnia latere asserunt, nec defuturos credo, qui propedièm asserturi sint (cũ Febrifuga iàm plurimo sint in vsu) neotericos ex hoc fonte illa hausisse.

Libelli *D. de Blegny* caput, in quo Medicos personatos, & fucum facientes (charlatanas) depingit, elegans est, & lectione dignum, digitoque apertè indicat quibus reuerà id nominis assignandum sit; Eos etiamnùm, qui sesquipedalibus, Græcis, aut Latinis verbis ægro sanitatem pollicentur, nequè eam assequuntur, vt & illos, qui Grecæ, aut Latinæ linguæ parùm periti, ægros tamèn sibi commissos exiguo temporis spatio valetudini pristinæ restituunt: sed iniquè, si benè sentio, quosdam plurimi facit, amplæ reuera famæ, exempli gratia medicum, *de Baufs*, & patrem *Angelum*, prodigiorum auctores, quæ vel præoccupatus animus admirantium suggessit; quinimo quamuis,

---

12 *Hisce Medicis illudit satiricus ille Gallus, Mollier, repetito sæpiùs illo scommate.*

Clysterium donare, posteà purgare, venam secare.

Clysterium donare, posteà purgare, venam secare.

13 *Magnum equidèm Medicæ eruditionis Occeanum exhibent Diuini Hippocratis opera, de ipsis tamèn verificari non potest, quòd omnia flumina exeant à mari, & redeant ad mare, tot enim præclara recentum inuenta, nequè ab Hippocrate fuerunt desumpta, neque ad Hippocratis Oracula reuocari omnia possunt.*

14 *Olìm*

uis, a satiricorum aculeis alienum se profiteatur, superciliosè tamèn nimìs insultat Medicis ordinarijs,

Remedij Medici Angli excellentia potissimùm constituta est in fausto successù, & quòd ægrò molestiam non pariat, at verò si id, quòd *D. de Blegny* in vsu est, easdem possidet dotes, nemò non in lucro posuerit, si temerè non profuderit quadraginta nummos aureos, quandòquidem Anglus quinquaginta extorqueat: Vix enim quispiam sanę mentis illius famulo fidem habuerit, ineptè iactitanti, se possidere arcanum Domini, cum Medicæ Artis notitià imbutus non sit, & morbus pro morbo illi imponere, facilè possit.

Quòad dissitarum Prouinciarum incolas proculdubiò ij cautiores erunt, in remedio è dissitis sibi comparando, cum corruptionis in transuectione metus immineat, prætereà nullus non potiùs in Medico experto fiduciam colocaturus est, quàm in remedio ignoto, cuius latet compositio, sed prętereà nullibi desunt industrij Medici, inanis famæ non aucupès, penès quos tamèn curandarum febrium peritia est.

Consilium captum à me, & *D. Villeo* comparandi notiam naturę Febrifugorum, causa fuit, vt nupèr Medicum Spargiricum Germanum ex America, in qua Medicinam per decenium integrum fecerat, nupèr reducem, quod vellet hic cōmorari, impelleremus, sed miselus ille, qui ad stuporem miranda nobis narauerat de illius gentis Medicina, infortunio quodam ex domus scala delapsus, illicò obijt. Antè mensem circitèr hanc in Vrbem appulerat, ac patefecerat nobis curationes insignium quorundam morborum, exempli gratia febrium intermittentium, ac nominatim Quartanæ, Cancri vlcerati, Podagrę, Vlceris pulmonum, Epilepsię, & aliorum in opprobrium [Medicorum etiam peritissimorum] corpus fatigantium, imò nobis præsentibus remedia quædam parauerat, non absimilia ijs, quæ in illius scrinijs ab obitù reperta sunt, de quorum efficacia quotidiana experientia certos nos fecit.

Liceat

Liceat hìc mihi, cum bona lectoris venia, digredi ad Medicinam Americanorum Viginianorum, cuius regionis diù incola fuerat, nec enim narationem hanc ingratam fore, spero, neque omninò intempestiuam, vt constet, quam parua nostris in Oris adhibeatur diligentia in peruestigandis plantarum facultatibus, asserebat ille, comperta habere se remedia eximia è genere simplicium, in omnibus morbis, ac vidisse se curationes omninò admirandas: narrabat, Americanos vti arundinum cuspidibus ad cutis incisionem, vicem scalpellorum gerentium, postmodùm ægri sanguinem oris suctù citrà deglutitionem extrahere, atque hæc remedia vicaria esse venæ sectionis, & cucurbitularum, in cura hydropicorum illos, more planè insolito, procedere, testem se adfuisse asserens: Silices candentes (aiebat ille) proiiciebant in foueam in terra excauatam, admouebant ægri abdomen candentibus silicibus irroratis decocto trium herbarum, 14 quas inter erat Esula, post' huius fumi

---

14 *Olim nostri Practici, notante Platero vtebantur in Ascite remedijs, quę non multùm ab hoc Virginianorum remedio distare videntur, vtiles enim pro Ascitis curatione censebant vapores, seù suffitus, qui à scorijs ferri, vel scilicibus, vel Marcasita ignitis, & in aceto forti immersis, ac extinctis, vel ab aceto hisce, vti & lapidi molari superaffuso excitantur, & potentiùs agere dicebant, si Ebulus aliauè huiusmodi priùs aceto incocta fuerint, imergebant alij, ac veluti sepelliebant, corporis nudi partem mediam inferiorem tumescentem in arena à sole, vel arte calefacta, quin' Maris arenam propter sal efficaciorem putabant, vndè Dioscorides hoc in littore Maris fieri, iubet, imergebant alij intrà cineres ressiduos à combustione lignorum, & herbarum siccantium, alij tandèm hanc corporis imersionem faciebant, in frumenti aceruo, vel furfurum, ac Vinaceorum cumulo, at quàm parùm fælici euentu hæc olim fuerint in vsum ducta, ex eo coniectari licet, quod hodiè obsoleta prorsùs, & abrogata sunt.* 15 *Non*

mi calentissimi abdomine suscepti emissionem, hiare ægri vmbilicum, è quo ad Medici libitum exire permitteretur aqua, ac prò ægri tolerantia, postmodùm illud, vt coalesceret foramen Musci quandam speciem ei admouere, remedium idem, quotiès vsus postularet, & vacuandi abdominis necessitas impelleret, iterare. Quommodò splenem durum emollirent, nos edocuit, vsi nempè cataplasmate composito è radice, 15 vessicas excitandi facultatem nacta, ichoris copiam alliciente, quę methodus non abludit ab illa, quæ antiquis fuit in vsu: qui lienis regionem cauterijs actualibus inurebant; Explicandam, &

15 *Non multùm abludit huiusmodi remedium ab vstione lienis, quæ olìm in vsu fuit apud antiquos, notante Hippocrate, Paulo, Albucasi, & Plinio, quin' nostro etiam hoc seculo Bauhino affirmante exercita fuit; fieri autèm consueuerat hæc vstio, & externè, & internè, externè, hoc est in ipsa Lienis regione, per fungos Oleo feruenti intinctos decem crustas innurebat Hippocrates, per ignitum ferrum vrendi ratio exponitur à Paulo, per hamulos enim distentę cuti, quæ spleni superiniecta est, Cauterium triplex tridentis instar infigitur, ipso notante Paulo, Albuchasis locum inurendum, docet, fore illum, quò cubitus sinister pertingit, interna vstio est vstio ipsius Parenchimatis, quæ fit aperta ipsa cute suprà Lienem, hæc Lienis interna vstio potissimùm Cursoribus fieri solita, & Moebius narat, de quodam Tiliano Cursore apud Suecicum Chiliaream, cui pręmissa narcotica potione, aperta abdominis regione, in ea parte, sub qua Lien reconditur, Lien' ferro, leuitèr eandente, vstum fuerat, quæ fuerit mea sententia de hac Lienis vstione interna, quemadmodùm etiam de supposita illa Cursoribus Lienis excisione, vt ad cursum fierent expeditiores, iàm exposui in meis obseruationibus ad Ancheram Sauciatorum Maberi, sed vt reddeam ad vstionem externam, eidem substituunt practici synapismos, fonticulòs, setacea, Vessicatoria, Lienis regioni inurenda, quàm parùm felici euentu, experientia testatur.* 16 *Plan-*

& rationem susceperat ingeniosam, quà Luem veneream oppugnabant, & Letargum; dùm Virginianam regionem nobis depingeret meo rogatu, Americanus, vt referebat, nomine *Roacomoco*, Medicì munere fungens, numerata pecunia copiam illi fecit radicis cuiusdam, qua masticata, & manibus illita impunè quodlibet Serpentum genus contrectare liceret, sibi soli tribuebat notitiam virium illius plantæ, quàm vocabat *Kikaschkondo*, h. e. mortem Serpentum: forma quodammodò referre, dicebat, plantam, quàm *Dictamum Virginium* 16 vocant, in Virginia nascentem; Acta Philosophica, Societatis Regiæ Londinensis Anni 1665, referunt ope istius plantæ tritæ, & extremo baculo alligatæ interfici illud Serpentis genus, quos vocant *Angues sonoros*, 17 dummodò odor ad illos perueniat, quippè

---

16 *Plantam, quàm hic dictamum Virginium appellat Auctor, Acta Philosophica Societatis Regiæ Londinensis,* Pulegium Siluestre *appellant, quàm circitèr vnum pedem altam describunt, & folia Pulegio similia habentem, paruosque Cyros ceruleos in locis ijs, vbi rami coniunguntur cùm Caule, appellant etiam* Nepetam, Nepetam *autèm dicebat Theophrastus* Calaminthã Pulegij *odore præditam.*

17 *Sugerunt eadem acta Philosophica Regiæ Societatis alteram non iniucundam quorundam Serpentum Historiam, quàm hic referre, non inutile fore, sum arbitratus. Commemorant ergò acta hæc Philosophica quosdam Serpentes, in quorum Capite lapides reperiuntur, qui sanant non solum eorundem Serpentum morsus (qui aliàs Nycthimeri spatio mortem inferunt,) sed quosuis venenatos morsus, & vulnera quælibet à venenatis Bestijs inflicta, Vipera scilicet, Scorpione, Cane rabido, alijsque huiusmodi, Vulneri enim applicata statim sua sponte adherent, omne Venenum atrhaunt, nequè priùs decidunt, quam totum absorpserint, quod venenum deindè in lacte deponunt, si eidem fuerint iniecti, ipsumque ceruleum reddunt; nequè dubitandum de Venefica Lactis infectione (quan-*

 dò

quippè quos intrà semihoram necat, vbicunquè nascitur hæc planta, omne abesse Serpentum genus. Eòdem libro docemur, apud Virginianos reperiri radicem, quam dicunt *Vichacan*, cuius ope vulnera sanant. *Roacomoco* apud illos adeò insignis habebatur Magus, vt inuocato numine quopiam vocato *Hetan sougli*, fugitiuos seruos reuocaret, imò carbones ardentes contrectaret: sibi ipsi mortem violentam imminere, prædixerat, quamobrèm amicitiam Anglorum magis, quàm indigenarum excolebat, cum ab his sibi metueret, reuerà iubente quodam Re-

---

dò Canes ebibito Lacte, subsequenti nocte emortui sunt, (notante D. Thachenio,) huiusmodi lapides ex descriptione tradita à D. Theuenot, rotundi sunt, albi in medio, circà extremitates cerulei vel subuirides, & talis equidem est ille, qui fuit annis proximè elapsis mihi dono traditus ab Illustriss. Marchione Iulio Sacrato huiusmodi rerum studiosissimo: Nascuntur autem Serpentes, in quorum capite isti Lapides reperiuntur, ex obseruatione D. Theuenot, in India Orientali, in Regno Quamsy, in China, ibique Serpentes sonori *appellantur, an verò huiusmodi* Serpentes sonori *sint illi ijdem, quos, referente Athanasio Kirchero, ratione cuiusdam prominentię, quàm habent in posteriori Capitis parte, quę Pilei, seù potius pendentis cuiusdam velaminis formam representat, Lusitani* Cobras de Capelos, *Galli* aù Chaperon *appellant, in dubium reuocari, posset, quando* Serpentes sonori *in Regno* Quamsy in China *reperiuntur, Serpentes autem, quos* aù Chaperon *Galli appellant, circa Mellindæ Costas potissimùm obseruantur, pręterea lapides, de quibus mentionem faciunt Kircher, & Tachenius diuersi admodùm sunt ab illis, de quibus D. Theuenoth, & Acta Philosophica; Tachenius enim suos lapides describit nigros, & obscuros, at lapides* Serpentis sonori, *de quibus Acta Philosophica, albos in medio esse, vidimus, & in ambitu ceruleos, vel virides, quoniàm tamèn eadem de omnibus prędicantur miracula, eandem vim Alexite-*

Regulo interfectus est, quòd in Carolina regione cum Anglis diutiùs cunctactus esset, ideò illi proditionis suspectus habitus est, Virtutis, & virium tot plantarum, apud illos nascentium, notitia inter barbaras gentes admirationem meretur, imò admodùm verisimilè est, demones, sacerdotum magistros, à quibus medicinam discunt, morbos sanare, non alia ratione, quam quarundam plantarum cognitione, vel mineralium, quorum virtus, ipsis perspecta est, neutiquàm absque externis medijs.

Apud *Grutterum* extat fragmentum oraculorum Æsculapij, in

xiteriam æquè omnibus inesse, euincunt tot Illustrium Virorum experimenta, ideò & lapides eiusdem naturę esse, & Serpentes eiusdem speciei, licet diuersis nominibus in diuersis regionibus donati, assere, non dubitauerim, nequè nouum est, quod eiusdem speciei Animalia, quin' etiam plantæ in diuersis, & longè dissitis regionibus proueniant, & pro diuersitate regionum diuersa habeant nomina, cumque prò natali solo diuersas quandòque vires, quin' etiam diuersas signaturas quasdam externas habeant, & Plantæ, & Animalia, quid mirum, quod diuersum colorem habeant huiusmodi lapides, quandò diuerso sub Cœlo degunt, & diuersum natale solum habent Serpentes, in quorum capite generantur; Auserim tamèn dicere, quod lapides illi, quos ex India Orientali Pisis adduxerant Venerabiles Sancti Francisci Patres, & quibus tot experimenta irrito semper labore tentauit Franciscus Redi, vt eorundem vim Alexiacam deprehenderet, suppofititios fuisse, & fictitios, ideòque indigi, & expertes ab ipso Redi fuerunt inuenti proprietatis, & virtutis contrà venena, non ideò tamèn vis Alexiaca veris lapidibus deneganda est, nequè enim tot doctis Viris, qui æquè occulatas habere manus gloriantur, ac ipse Redi, fides est abroganda, neque video cur voluerint litterario orbi imponere, occulatissima alioquin Societas Regia Londinensis, D. Theuenot, Khircher, & Tachenius, & tot comminisci experimenta, quandò vera non essent.

in quo remedia à Deo illo (vel potiùs Demone) ægris consilium ab illo exposcentibus 18 præscripta, naturalia sunt, & morbo appropriata, tria exhibeo a me Gallice reddita.

LV-

---

18 *Medicinam ab oraculis multifariam petere consueuerunt antiqui, & suis quoque temporibus quæsitam memorant Cicero, & Plinius, vbi enim grauiori aliquo corriperentur morbo, in triuijs, vel sacris locis deponebantur, operientes vel oracula, vel somnia, quibus, quid ad sanitatem faceret, edocerentur, cum igitur ipsis potissimùm illuderet malignus spiritus per somnia, intèr somnia scilicet indicando remedia, quibus sanitati restituerentur, hinc est, quod inter cæteras Dijs, valetudinis recuperandæ gratia, supplicandi ritus, ille per somnum celebris admodùm fuit, at æquidem per somnia potissimùm edocebantur remedia, vt autèm huiusmodi somnia immitterentur, pellibus in sacellis, & fanibus incubare mos illis erat, substratis enim animalium, quæ immolauerant, pellibus, ipsis incubabant, & dormientes, in somnio expectabant Deorum monita, vel responsa, quod expressit Pausanias in Atticis;* Arietem vbi Amphiarao immolassent, eiusque pellem substrauissent, dormiere, in somnio expectantes responsum, *quòd etiàm elegantissimè expressit Virgilius, vbi de Latino loquitur,*

Hùc dona Sacerdos
Cum tulit, & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnoque petiuit,
Multa modis simulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Colloquio, atquè imis Acheronta affatur auernis;
Hic & tùm pater ipse petens responsa Latinus
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atque harum effultus tergo, stratisque iacebat
Velleribus, subitò ex alto reddita vox est.

potissimùm quidem ab Æsculapio petebantur hæc pro salute Responsa,

LVCIO DOLORE LATERIS LABORANTE, OMNINO' DEPLORATO, DEVS ÆSCVLAPIVS HOC EDIDIT ORACVLVM, ACCEDERET IN SVMMO ALTARI, DESSVMERET CINEREM, HVNC VINO COM-

---

ſa, & hoc animo in eiuſdem templo dormiebant, vndè Ariſtophanes, cubitum eum reponere in Æſculapij fano optimum eſt, & Plautus in Curculione

Ideò fit, quia hic Leno ægrotus incubat

In Æſculapij fano. & Cicero lib. 2 de Diuin. dicebat

an' Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis, Neptunus gubernantibus non poteſt, ideòquè Iamblicus de Myſterijs Ægyptiorum dicebat, Medicinæ artem ſacris conſtare nocturnarum apparitionum inſomnijs, inquè Æſculapij fano morbos hoc pacto tolli, inſomnijs ſcilìcet diuinitùs immiſſis, & apud Herodianum legitur, quod Antonius Caracalla abijt Pergamũ Aſiæ, vt Æſculapij curationibus vteretur; & Polemoni ob morbum articularem eòdem profecto, inque Æſculapij templo cubanti, aparuit in ſomnis numen, & iusſit abſtinere potu frigidæ: At' non ab Æſculapio tantùm quæſita, petebantur etiam ab Iſide, vndè Tibulius

Nunc Dea, nunc ſuccure mihi, nam poſſe mederi

Picta docet templis multa tabella tuis.

petebantur etiam à Minerua, vndè Cic. citato lib. 2. de Diuinatione, ſine Medico Medicinam dabit Minerua, Muſæ legendi, ſcribendi, cæterarumque artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt: fuerunt etiàm ab Amphiarao quæſita apud Oropios: huiuſmodi autèm, quæ inter ſomnia ſugerebantur à Dijs Gentium ad Morborum curationem remedia, quandòque quidèm naturalia erant, talia ſcilicet, quæ poſſent ſolis naturæ viribus, & ſeminalibus ſuis dotibus præcisè huiuſmodi ſanationes præſtare, quemadmodùm manifeſtè patet ex adductis hìc ab Auctore Oraculorum Æſculapij fragmentis, ex Gruttero deſumptis, remedia enìm ibi ab Oraculo, ſeu à Demone

COMMISCERET, AC LATERI DOLENTI APPLICARET, QVO FACTO ILLICO' SANITATEM ADEPTVS EST, AC GRATIAS PVBLICAS EGIT DEO, POPVLVSQVE GRATIATVS EST SANITATEM ADEPTAM.

En'

---

præscripta, prorsùs naturalia sunt, & Morbis apropriata, ità pariter abstinentia à potu frigidę in Morbo articulari Polemoni pręscripta, opportunum fortasse fuit, & naturale remedium prò curanda Ventriculi imbecillitate, & euitandis cruditatibus, quę articularem fouere morbum procùldubio erant aptènatæ, ità pariter indicata per somnum Aristolochia ad Morsus serpentum, Cynnorodon ad Morsus Canis, Lutum Ægyptiacum pingue ad varios Morbos, nos docent, remedia Demonem nonnunquàm sugerere, coniunxisse, virtute naturali Morbos sanantia: nec operosum fuit, dicebat Gerardus Vossius, Spiritibus malis remedia indicare hominibus ignota, cum ingenio, & experientia longè antecellant, eoque etsi suprà naturæ vires nihil præstant, multùm tamèn valent suprà omnium Medicorum artem; nèc quia nihil possunt, nisi ex viribus naturę, quę Deum habet auctorem, ideò fas est recurrere ad huiusmodi Medicinam, nàm qui, vero numine relicto, à Dijs gentium in somnio remedium quærit, is auxilium, atque opem exposcit à Dei, & humani generis hoste: Quandòque etiam supertitiosa prorsùs sugerebantur ab ijsdem Oraculis remedia, vbi scilicèt consulta fuerint in Morbis, quos spontè sanatos iri, viderent, nullaque indigere remediorum ope, vt sanarentur, superstitiosę curationis exemplum sugerit alteram illud Oraculorum Æsculapij fragmentum, ab eodem Gruttero relatum, cuius verba sunt,

De Idolat.

HISCE DIEBVS CAIO CVIDAM CÆCO ORACVLVM REDDIDIT, VENIRET AD SACRVM ALTARE, DEINDE A' PARTE DEXTRA VENIRET AD LEVAM, ET PONERET QVINQVE DIGITOS SVPER'

En'remedium, quò [humana tamèn ſugerente induſtria] vtuntur mulierculæ ad dolores lateris, in more enim illis eſt, 19 ſacculum cineribus calidis refertum parti dolenti admouere. Virtus cinerum Vini additione augetur, hinc diſcutiuntur flatus, vt

---

PER' ALTARE, ET ELEVARET MANVM, ET PONERET SVPER' PROPRIOS OCCVLOS, ET RECTE' VIDIT, POPVLO PRÆSENTE, ET GRATVLANTE, QVOD GRANDIA MIRACVLA FIERENT SVB IMPERATORE NOSTRO ANTONINO,

ſuperſtitioſæ paritèr curationis exempla ſunt, & cæca mulier, quæ tempore Adriani in ſomno edocta fuit, vt imperatoris oscularetur genua; Aſpaſia, quæ tumore in mento teterrimo laborans in ſomno monita fuit, vt roſea ſerta Veneris, quæ iàm aruerant, contrita tuberi imponeret; ſeu alter ille è plebe Alexandrina, qui monitu Serapidis Veſpeſianum rogauit, vt occulorum orbes oris excremento dignaretur reſpergere, quo facto, narrant Tacitus, & ſuetonius reluxiſſe ſtatim cæco diem, quemadmodùm etiàm Tuber euanuit Aſpaſiæ, & viſum altera illa mulier recepit, Ælio Spartiano notante; conſueuerant morbis Deorum conſilio liberati in templis, quod auxiliatum eſſet, ſcribere, quæ conſuetudo à primis illis temporibus, vſquè ad Antonini Imperatoris ætatem non modò in Grecia, verùm etiam in Italia perdurauit, non ſemper tamèn remedij genus exprimebant in expoſita in Templo Tabella, ſed quandòq; accepti beneficij indicem ſolummodò ponebant lapidem, vti conſtat ex lapide illo, in Agro Bellunenſi, cuius meminit Pierius Valerianus, huic enim ſequentes inſcriptæ legebuntur notę,

Aſclepio P. Xelius Polio Monitus Poſuit.

19 *Proponit doloris lateralis curationem Hippocrates, & inquit, calefactorijs primò tentandam eſſe doloris ſedationem, proponit poſt eà fomenta, & humida, & ſicca, humida ex Ordeo, & Eruuo in aceto diſſolutis, ſicca ex Sale, & Millio torrefactis.* De rat. Vic. in Acut.

 20 *Nu-*

vt plurimùm eiusdem doloris causa. At cùm Medici tantùm sit, dignoscere nùm dolor à tali causa pendeat, ideò sæpiùs contingit, plebeculam errare in vsu illius remedij, ac plùs noxæ sequi, quàm beneficij adferri, vndè augmentum phlegmones inchoatæ.

IVLIANVS SANGVINEM EXPVEBAT, AB OMNIBVS DERELICTVS; INTERROGATVS DEVS IVSSIT, ACCEDERE IN ALTARI SVMMO, SVMERE NVCES PINEAS, ILLAS CVM MELLE COMEDERE PER TRIDVVM, HINC SANVS FACTVS EST; DEO CORA'M VNIVERSO POPVLO GRATIAS REDDIDIT.

Pineæ 20 pectoris malis conducunt, leniunt, atquè instàr balsami reserata vasa occludunt; quapropter in phtisi commendantur, & hęmophtisi: neminem prætereà latet 21 mel præstantissimum esse thoracicum medicamentum; Hippocrates (quem plerique censent sua remedia ex templo Æsculapij excerpsisse) pineis vtitur cum myrrha, pectorale remedium, compositurus.

VALERIVS APER, VIDENDI FACVLTATE DESTITVTVS, ORACVLO CONSVLTO, PRÆCEPIT DEVS, ACCEDERET, SVMERET SANGVINEM GALLI GALLINACEI ALBI MELI ADMISCERET, AC CONFICERET COLYRIVM PRO OCCVLIS, TRIDVO' ADMOVENDVM, HINC RESTITVTVS VISVS, AC PVBLICE' NVMINI GRATIAS REDDIDIT.

San-

---

20 *Nucleorum Pini vsus præcipuus est in Pulmonum affectionibus, & potissimùm in Phtisi, vndè & Looch de Pino paratur in officinis Medicis, pulmonum, & partium spiritalium Morbis oppugnandis.*

21 *Mel, & ipsum debellandi Pulmonum affectibus præstantissimum est, si quòd aliud remedium, ex quo ijsdem oppugnandis Pulmonum Morbis efficacia adeò parantur medicamenta, Tinctura Mellis scilicet Beguini, Quinta essentia Mellis, Elixir Mellis.*

22 *Non*

Sanguis Galli Gallinacei 22 calore suo efficacissimè macu-las occulorum incipientes delet, à Melle 23 autèm visus acutio fit: Ideòque prodigium non est, si remedium ex duobus hisce simplicibus confectum, visum restituerit ægro cæcitate, tantùm inchoata, laboranti: Rè vera eidem marmori inscripta est sanatio alterius cæci, cui à Deo imperatum est, vt quinque digitos altari imponeret, demùm occulis admoueret, sed hæc naturæ vires excedunt.

Ad Febrifuga redditu facto, sperandum est, ab vlteriore disquisitione multa, nobis occulta, deincèps patefactum iri: Sed ea proptèr censeo, è re esse, exuere eam animi occupationem, qua plurimi cum antiquis nil, nisi Bilis, Pituitæ, aut Melancholiæ putredinem culpant, ac remedia refrigerantia, & vacuantia nequaquàm admittentes noua hæc explorata, eò quòd ab ipsis constitutis principijs aduersantur, ac progressum ad vlteriora prohibent. Eccè verò ex mea sententia, ideas satis apertas naturam, & causas febris exhibentes, non multùm abludentes ab ijs, quas præstantissimi neoterici edidere; quibus positis, non arduum erit eius accidentia, & curationem superstruere,

Fe-

---

22 *Non solùm sanguis Galli Gallinacei, sed etiam Columbinus laudatur in oculum calidè instillatus, huius enim natiuo calore animalis refecta pars validè corroboratur, & materia excrementitia ressoluitur. Virtutem preterea illi inesse resoluendi, & discutiendi sinè noxa, docet Horstius, illamque possidere ait, ratione salis nitro sulfurei, quò plurimùm saturatum columborum sanguinem asserit, & ex eo probat, quòd alimenta nitro sulfurea, & salsa diligentissimè perquirant Columbi, ijsq; plurimùm gaudeant, & quod eorum excrementa plurimùm nitro sulfurea sint.*

23 *Varijs occulorum affectibus succurit Mel, & potissimùm occulorum caliginem discutit, hinc Aqua Mellis, & Alba, & Flaua ad occulorum albuginem, & suffusionem maximè opportuna.*

24 Quod

Febris est agitatio 24 *extraordinaria massæ sanguineæ œconomiam corporis humani perturbans*. Dicta *agitatio* a plurimis caussis externis cietur, cuiusmodi sunt immodica exercitia, solares radij, casus, obiecta, in nobis excandescentiam, iram, tristitiam, timorem excitantia, aliàque sanguini nimium impetum conciliantia, at verò febrium vulgatissima causa, à qua non solum excitantur Ephemeræ, & quæ citò desinunt, sed & intermittentes, & continuæ, cum typicis exacerbationibus, imò malignæ, *fermentum* est, aut *Chylus iusto acidior*, qui sanguineæ masssæ infusus, illi extraordinariam agitationem inducit, vndè diuersa emergunt symptomata.

Huius rei hæc assignanda ratio, quòd omnes liquores acidi, vel acida quæcunque alijs oppositæ naturæ remixta, quæ artis magistri Alkalia vocant, 25 efferuescentiam in ijs concitant, exem-

---

24 *Quod alij comotionem, immodicam fermentationem alij, alij motum inordinatum, agitationem hic Auctor appellat, res tamèn sempèr eò reddit,*

25 *Reuerà nunquàm Spiritus Acidi cum Sale lixiuo concurrunt, quin' agitatio, cómotio, & efferuescentia satis manifesta contingat, illud tamèn obseruatione dignum, & ad explicanda nonnulla morborum Phænomena maximè opportunum sum arbritratus, non semper calorem consequi illam luctam, seu agitationem illam ab acidis cum salibus lixiuis concurrentibus suscitatam, sed quandòque frigùs illam subsequi, quod erit facilè experiri, si misceantur Sal Tartari, & spiritus Vitrioli, eorum enim mixtionem talis lucta consequitur, quæ frigiditatem inducit, si autèm luctentur simùl commixti Spiritus Tartari, & Spiritus Vitrioli, huiusmodi lucta calorem comitem habet, Regnerus da Graaf in suo de succi Pancreatici natura, & vsu tractatu ad confirmandam hanc obseruationem adducit experimentum, factum per Thermometram à Suuamerdamio ingeniosissimè excogitatam, & in eius tractatu de Respiratione depictam.* 26 *Ex*

exempli gratia, si oleum vitrioli oleo tartari commiscueris, insignis excitatur æstus, & manifestus exurgit calor. In sexcentis alijs liquoribus idem deprehendere licet, quos prætereo, quia fusè hæc docet *D. Greu* lib. edito de *Mixtione liquorum*, ex Anglica lingua in Gallicam à *D. Mesmin* Medico Parisiensi, conuerso.

Sed, & alio argumento, eoque demonstratiuo idem confirmare, licet, quod silicet Chylus, dùm sanguini infunditur, quotidiè etiam in prospera valetudine fruentibus febris quandam, vt sic dicam, vmbram inducit, à vera tantùmmodò in eo, quod magìs, & minùs est, discrepantem: Semihora enim, vel hora vna à pastu, quò tempore chyli pars subtilissima, aut eiusdem vapor, quem preuium immittit à fermentatione, in sanuinis masam conuehitur, leuè frigus in manibus, & pedibus suboritur, à multis, non sine causa, prò sanitatis inditio habitum.

Imò in quibusdam oscitationes accidunt, & in somnum inclinatio, pulsus minor, ac citatior fit: discusso miti illo frigore, calor per vniuersum corpus diffunditur, imò acrimoniæ iunctus in volis manuum, & plantis pedum eorum, qui temperie biliosa donati sunt, manifestus eodemque tempore pulsus attollitur, validiùsque digitos ferit, en' calorem, & febris vigorem: Quattuor, aut quinque à pastù horis, quò tempore totus chylus sanguini confusus est, atque benefitio circulationis perfectionis partem adeptus est, sedatur calor, pulsus ad constitionem suam naturalem redit, appetitus se exerit, en' febris declinationem. Si demum decem, aut duodecim sine alimento transigantur horæ, pulsus de sua celeritate admodum remittit, ac corporis robori pristino multum decedit, en' statum hominis febre omninò defuncti: At cùm non omnia alimenta eiusdem sint naturæ, multumque temperamenta intèr se discrepent, indè est, quod quibusdam paruum, aut nullum à pastu succedit frigus, quod alijs à cibo multus calor accidit, quod quidam leuiores, aut grauiores se ipsis euadunt: qua in re conuenientia est, quò ad accidentia febrem concomitari solita.

Quin

Quin' si chylus sanguinem plùs iusto subtiliorem, & exaltatum nascatur, indè emergit febris lenta, præsertim post' pastum manifesta, ægrum ad maciem, & virium deiectionem adducens.

Ex dictis colligere est, quamobrèm ab assumptis post' cibum Caphè 26 & Thea arceatur somnus in ijs, quibus post'pastum obrepit, nisi à longiori asuetudine inefficacia reddita fuerint; illorum scilicet amaror, & moderatus calor chyli crassiores fumos discutit; Ex his quoque innotescit ratio cùr, vt Physici tradunt, Leones, 27 & Capræ perpetuò febricitent, in his quippè animalibus cùm temperamenti sint calidi, & sicci chylus ab illis productus minùs congruit cum sanguine, cui cùm remiscetur, maiorem pugnam, quàm in cæteris animalibus inducit. *Plinius* meminit cuiusdam *Caij Mecenatis* per totam vitam febricitantis, ac postremis tribus vitæ suæ annis somno omninò carentis. Ex aduerso Cerui, quibus temperies frigida est, & sicca, quorum proindè sanguis ad fermentationem inidoneus est, eodem *Plinio* teste, febre nunquam tentantur. Addit idem, plurimas matronas illustres ex continuo ęsu carnis Ceruinæ quolibet manè, diù febris immunitatem obtinuisse.

Sedem habet 28 id fermentum in febribus intermittentibus

---

26 *Ex his pariter erit colligere, cùr Caphè, & Thea febriles quãdòque tollant insultus, Chyli scilicet aciditatem infringunt, & acidum febris fermentum hebetant, & eneruant.*

27 *Ea prorsùs ratione in Capra, & Leone quotidiè febres fiunt, qua superiùs in Hecticis, & Phtisicis quotidiè à pastu febres exacerbari vidimus: ob caloris acrimoniam, & siccitatem perpetuò febrire, dicuntur à Primerosio.*

28 *Non solum Glandulæ tunicæ pannosæ Ventriculi, & intestinorum, Glandulæ Pancreatis, & Glandulæ, quæ saliuam effundunt, sed omnes prætereà Glandulæ, quæ succum aliquem, vel Lympham Cruo-*

bus in glandulis tunicæ Pannosæ Ventriculi, & Intestinorum, à nobil. & clar. viro *D. Peyero* descriptis: Harum glandularum vnaquequæ canaliculum obtinet excretorium, effundentem serum admodùm lipidum, eiusdem cum linpha naturę in circulum per totum corpus acta; subtilis eiusmodi liquor, illi coniunctus, quem continuò canales saliuares effundunt, ac succo pancreatico, fermenti vices, & dissoluentis ergà chylum obtinet.

Eiusmodi dissoluens si iusto acidiùs sit, chylum acore suo imbuit non secùs, ac ab acidis coagulatur lac: adeò vt is chylus venas, & arterias ingressus, cum perfectionem vltimam per circulationem ordinariam adipisci nequeat, si ea copia redundat, vt in sanguine fermentationem illam, quæ post' pastum accidit, vehementiorem subeat, febrilis paroxysmi initium fiet, quoùsque chylus ille acidus factus dissipetur, & per sudores expellatur, aut per insensibilem traspirationem.

Proùt autèm fermentum maiori reperitur copia, aut sanguis plùs, aut minùs ad ebulitionem spontè vergit, febres fiunt, vel Tertianæ, vel duplices Tertianæ, 29 vel Quartanę, vel duplices Quartanę: Sic biliosi feruidiore sanguine prędití, ac subtiliore, Tertianis, aut duplicibus Tertianis, vt plurimùm occupantur.

Hęc ratio antiquos impulit, nec multùm à vero abludit, vt cre-

Cruoris massę mediatè, vel immediatè remittunt, omnes fermentum sugerere possunt, per quod Cruoris massa febrilem agitationem concipiat, vt iàm vidimus.

29 *Potiùs à diuersa fermenti indole, & à diuersitate Glandulalarum. vndè fermentum sanguini sugeritur, dependet, quòd febres alię sint Tertianæ, aliæ Quartanæ aliæ simplices, aliæ duplices; alium enim typum habent febres si fermentum sugeratur sanguini à Lienis Glandulis, aliud si à Glandulis Pancreatis, vel Mesenterij.*

30 *San-*

crederent bilem 30 febris Tertianæ causam esse, tùm intermittentis, tùm continuę, verisimilè enim id, quod febrem intermittentem excitaturum est, continuam quoque eiusdem speciei inferre, quandòquidèm vnusquisque intermittentis paroxysmus paruam febrem continuam refert, continua autem productiorem intermittentis accessionem, continuitatis enim alia causa non est, quàm quod eiusmodi chylus in sanguinem introductus perfectionem obtinere non potuit, nec proindè sanguinea massa idoneum perfectę alimentorum concoctioni suppeditare fermentum, valuit: Et hoc notatù dignum est, cum massa sanguinea acriorem diathesim, & inflammationi suscipiendę magìs idoneam consequitur, chylum, etsì naturalem, itidèm febrem inferre continuam, id quod in praxi obseruandum; quandoquidèm tùm temporis, & phlebotomia, & alimenta, & medicamenta refrigerantia tempestiuiùs exhibentur, acida præsertim, à quibus sanguinis ęstus compescitur, crassitiem, & refrigerium illi impertiendo, ac pręcipitatione facta partium sulphurearum, eiusmodi tumultus auctorum,

His ea ratione constitutis, 31 non arduum erit plurimas Quęstiones elucidare de Febre, & Febrifugis, ac primò.

QVÆ-

---

30 *Sanguis in Diathesi Biliosa plurimo abundat sulphure, plurimamque acrimoniam habet, ideòque facilis redditur ad concipiendum ex Acidorum occursu febrilem agitationem, ideòque Bilis, per quam acrior redditur sanguis, potissima febrium statuitur Causa.*

31 *Posito hoc suo de febribus sistemate, non multum absimili ab eo, quod traditur à VVillisio, agreditur nonnullas de Febribus, & Febrifugis dilucidare Quæstiònes, quod egregiè præstat, inherendo semper posito iàm fundamento, quod potissima omnium febrium causa sit Chylus acidior factus.*

a Com-

QVÆSTIO PRIMA.

Quę sit Causa Horroris Febrilis, & cur in Quartana Rigor sit gravior.

A Liquoribus 1 acidis dùm crassescit sanguis, cui se committere incipiunt, prohibetu , quominùs caloris sibi innati participes faciat partes solidas: Porrò pro vt sanguis, quò magis à corde dissitus est, eò minus caloris obtinet, ndè est, quod horrores, & rigores ab extremis partibus initium ducunt, eò vsq; producti, quòad à cordis, & arteriarum conatu in sanguine depurando, ope pulsationum crebriùs iteratarum, fumus ille omninò dis utiatur, calore, sanguinis ęstu percito, frigori succedente: Quartanarum fermentum acidiùs est, & viscosiùs, ac sanguis crassior, hinc plerùmque frigus intènsiùs: Quum porrò vapores illi acrimonia polleant, illis adscribenda est vellicatio partium membranosarum, quas pertranseunt, adeò vt non secùs doleant ægri, ac si corpori infligerentur aciculæ: Quibus sanguis subtilior est, ac chylus minùs crassus, ij paroxysmos, insignis frigoris expertes, patiuntur.

QVÆ-

---

1 *Communis febrium praenuncius horror dicitur à Doleo, illumq; Tragediæ prologum agere, inquit Iones; Horroris causam assignat* Dol us *particulas acres, seù Cuspidatas in sanguine praexistentes, à quibus fibræ neruosæ concutiuntur, imò ipsa cutis conuellitur, & crispatur; succi nutritij particulas accusat VVillisius, illarum fluorem scilicet, & turgescentiam quibus spiritus, & calor suffusi obtunduntur, & obruuntur, & corpora neruosa irritata in tremores concitantur.*

2 *Vt*

QVÆSTIO II.

Quę causa caloris frigoris in Febricitantibus succedanei, sitis, lumborum doloris, & capitis.

CAlor ortum debet anomalo motui particularum sanguinis, qui, ex Anglorum obseruationibus ope mirosc opij, constat infinitis globulis rubeis, aquæ limpidę innatantibus; omniũ enim corporum calor non aliam agnoscit causam, quàm intestinum particularum illarum motum, subsequitur sitis consumptionem serositatis chyli à calore factam: lumborum dolores, modò frigoris, modò caloris comites, excitantur ab æstù sanguineæ massæ in maioribus vasis, lumborum regioni accumbentibus: Capitis tandèm dolor, effectus est vehementis pulsationis arteriarum in capite, & alisionis ad membranas id ambientes: sic quibus sanguis magìs ęstuat, aut ampliùs ferit, aut quibus membranę acriori sensù præditæ sunt, ij prè cæteris cephalalgiæ magìs obnoxij sunt.

QVÆSTIO III.

Cur Melancolici, in quibus redundant humores acidi, alijs minùs Febribus obnoxij sunt,

MAssa sanguinea acido eiusmodi infecta, & imbuta, ideòque fermentationi minùs idonea, quanquàm chylus in illorum ventriculis sæpè acescat, nullam nihilominùs excitat febrem, cùm eiusdem, ac sanguis sit indolis: duo enim liquores, nequaquàm sibi aduersi, fermentationi non sunt obnoxij, non secùs, ac duo in opinionibus non dissentanei mutuò non altercantur, aut rixantur, ideò mirùm esse, non debet, si regionum frigidarum incolę minùs febribus obnoxij sint, quàm calidarum:

darum: Nec non si quibus sanguis crassior, aut melancolicus, ij minùs cæteris febribus infestantur. Qua de causa Hippocrates protulit, *Eos, qui acidum eructant rarò fieri pleuriticos*. Sanguis quippè illorum crassior est, minùsque idoneus, qui violento impetù in latus decumbat, ibi phlegmonem excitaturus; memini, me Monspelij Danum vidisse, qui tentatus melancholico pathemate ex secunda contignatione domus præcipitem se dederat, vnde femorum, & brachiorum fractura sequuta est, febre tamèn toto curationis decursu omninò caruit. *Aphor. sect.6. Aphor. 33.*

QVÆSTIO IV,

Cùr Febres Autumno frequentiùs ingruant, & pertinaciores sint, quàm alijs anni temporibus.

QVia ob ęstatem præcedentem sanguis in inflammationem procliuior factus est, ideòque febri aptior: addè tempestatis inæqualitatem ad chyli corruptionem multùm conferre: Porrò fructuum vbertas ijs, qui abutuntur, fermentum febribus longis excitandis idoneum, ijsque chronicis, & pertinacibus suppeditat, speciatim quartanis, ad alterum annum, ex sententia Hippocratis productis, & normam tritam, & veterem eas curandi: *Plinius* asserit, quartanas hyeme non incipere, idquè re verà rarissimè contingit; At tempestates non semper tempestiuæ sunt, ac sæpè media hyeme dies autumnales obseruantur. *Aphor. sect.2. Aphor. 25.*

QVÆSTIO V.

Quomodò Tertianę simplices in duplices, & Quartanas transmutentur, demùm Quartanæ in Tertianas.

FEbres Tertianæ simplices abeunt in duplices, & Quartanæ simplices in duplices, quandò intèr chylum, & sanguinem

minùs intercedit conuenientię, hi verò ambo liquores, cùm intèr se non consentiant, inuicèm congrediuntur: Tertianæ commutantur in quartanas, cùm ab exhibitis alimentis impensiùs refrigerantibus, aut remedijs, eiusdem naturę, intempestiuè datis fermentum acidiùs euadit, vel sanguis ampliùs crassescit: Vicè versa Quartanæ fiunt Tertianæ, cum à diæta, vel remedijs nimìs calidis fermentum, ac massa sanguinea attenuantur, ob id enim faciliùs ignem concipiunt: In genere intermittentes continuarum naturam adipiscuntur à prauo victus regimine, & 1 medicamentis nimioperè calidis, quorum causa totum fermentum in venas traducitur, & massa sanguinea aptior euadit ad suscipiendam diuturniorem agitationem, continuæ autem intermittentium naturam induunt, cùm natura ab eiusmodi fermento se liberare, idque excutere conatur in primas vias, non secùs ac ebulitione oleorum vitrioli, & tartari inuicem commixtorum peracta, in fundum vasis præceps defertur materia albicans, quam vocant Tartarum vitriolatum.

---

1 *Vt plurimùm ab intempestiuo purgantium vsu.*

QVÆSTIO VI.

Quæ causa sit reditus periodici Febrium.

ETsi aliquid abditum lateat, & inexplicabile in reditu febrium, non minùs, aliquandò *certus, & status*, quàm sit æstus maris, existimo, verisimile esse, illum originem ducere ab ęquali alimentorum 1 assumptorũ proportione, ac chyli indè pro-

---

1 *Adùch seruata æqualitate alimentorum, statam periodum non seruant febres, quam quandòque seruant, non seruata alimentorum æqualitate, aliundè igitur quærenda periodici febrium reditus causa, licet & vnicam hanc adducat Villisius: non displicet,* *quam*

producti: Reuera qui largiùs comedunt, ij paroxysmum anticipare, faciunt, etsi alijs de causis idem accidere, possit; vtpotè cum sanguis excalesactus à præcedentibus paroxysmis fermentationi magìs idoneus euadit. Ex aduerso propositio accidit, si minùs alimenti assumit ęger, vel si fermentum acrem exuere inci-

---

quam adducit Iones, *qui de febribus intermittentibus* 1. *part. cap.* 6. *hæc habet*, certos adeò, & statos circuitus seruant febres, quia quęuis materia ad acescendum apta, positis ijsdem circumstantijs non potest eodem tempore non acescere, siuè posteà materia illa sit lac, serum, emulsio, ità paritèr materia morbifica, quęcumque, & vbicùmque illa sit, vbi ijsdem in locis hæreat, calore eodem foueatur, alijsque prorsùs ijsdem gaudeat circumstantijs, necessariò eodem temporis interuallo acescit, nisi aut Medicamentum, aut quid aliud acorem retardet, *mea tamen sententia, ex data Hippotesi, quod suggerant Glandulæ extraneum illud fermentum, vndè posteafebrilem æstum concipit sanguis, facilè reddi potest, ratio periodici febrium redditus, certum enim est, quod non ex leui quacunque extraneorum admixtione febrile hoc suscitatur incendium, sed quod priùs debet, ad certam quandam, ac determinatam mensuram ijsdem saturari sanguis, nequit autem sanguis ijsdem saturari nisi intrà tale determinatum temporis spatium, quandò non tota simul, seu vno impetu intrà sanguinem eructantur huiusmodi extranea, sed sensim è suo foco suggeruntur, requiritur autem maiùs, vel minùs spatium pro sufficienti eorundem intrà sanguinem aggestione, prò vt indolem habent magìs, vel minùs actiuam, & prò vt vberiùs, vel parciùs è suo foco suggeruntur, vbi igitur extraneo huiusmodi fermento sufficienter saturata fuerit cruoris Massa ad extraneum motum concitatæ componentes particulæ febrilem æstum concipiunt in quo perseuerant vsquequò extranea illa aut domita, aut eliminata fuerint, cum igitur in ipso æstu febrili nullus fiat sanguini extranei fermenti accessus ijsdem*

incipiat, Tandem dantur febres quædam anomalæ, vndè indicatur discrasia in organis, vel massa sanguinea, qua de causa febris difficiliùs curationem suscipit, ac reciduæ faciliùs contingunt, quapropter vocari potest symptomatica talis febris cuiusmodi est, quæ obstructionum soboles.

QVÆ.

---

ijsdem eliminatis, quæ anteà fuerant cumulatæ extraneæ particulæ cessat extraneus ille in sanguine motus, cessat & febris, detumescente autèm sanguine suggeruntur denuò eidem extraneæ particulæ, quibus vbi fuerit denuò sufficientur saturatus, denuò febrilem concipit æstum, cum igitur nequeant in tali determinata quantitate, nisi intrà tale daterminatum temporis spatium cumulari, hinc est quod seruata æqualitate, & proportione tùm indolis, tùm scaturiginis, statis adeò temporibus habentur periodici febrium redditus, & potissimùm in Quartanis, & duplicis Tertianis, quas spurias appellant, in quibus non adeò facile mutatur vitiosa fermenti indoles, neque eiusdem scaturigines alterantur, vbi autem sensim emendantur fermenta, vel vberior eorundem inhibetur prouentus, vel illa tollitur in sanguine ad concipiendum febrile incendium aptitudo, cum longiori temporis spatio opus sit, ad hoc vt Cruoris massa sufficienter sit saturata, hinc est quod longiora habentur intermissionis spatia, & longius febris redditus protrahitur, donec sensim intereà eneruato extraneo illo fermento, aut eiusdem scaturigine omnimodè suppressa, ac sensim ad debitam crasim fluidorum massa restituta, cessat tandem omnimodè febris, quod si aut deterior fiat fermenti indoles, aut vberiùs suggeratur, aut augmentum suscipiat Cruoris diathesis, anticipant tunc febribus accessus, et breuiora fiunt intermissionis spatia, quæ alioquin tandiù æqualia perseuerant, atque exactam seruant periodum febrium redditus, quandiù, & indoles fermenti imutata perseuerat, & æquales eiusdem perdurant sanguini accessus.

I Proni-

QVÆSTIO VII.

Cur Febricitantes non illicò à pastu occupat febris.

RAtionem reddere, arduum non erit, dummodò quiuis perpendat ab vltima febris accessione discussam fuisse, ac per transpirationem insignem, imò quandoq; per sudorem copiosum, expulsam maximam acidioris lymphæ portionem, eiusmodi perturbationum auctorem, adeò vt immediatè post paroxysmum, neque satis virium possideat, neque ea adsit copia, quæ chylo illum acciditatis gradum conciliet, qui si masse sanguineæ commisceatur, inducere veleat fermentationem, eamque commotionem, quam vocamus febrem: Eiusmodi verò fermentum redintegratis viribus, moleque auctiùs successu temporis, & alimentorum accessione, nouam in massa sanguinea pugnam, iteratosque tumultus ciet. Qui rerum chimi arum notitia, vel leuitèr imbuti sunt, ac ad naturæ operationes animum applicarunt, sententiæ meæ proculdubio accedent: Illis enim obseruare, licuit, diuturnas requiri fermentationes, quò liquor natura dulcis acorem contrahat; ac preterea necessariam esse determinatam liquorum quantitatem, sibi oppositorum, quò fermentatio insignis consequatur, Ex his pronùm erit, rationem reddere, cur ij, qui nulli se addicunt victus regimini, gulęque indulgent, paroxysmos anticipare, cogunt, eosque protrahi in causa sunt, eos ex opposito, qui apetitui imperant, inquilinum hostem citiùs profligare. Nec non hinc apparebit ratio, cur desinat febris, si ferment um illud ope remedij contrarij pristinam induat naturam, etiàm nulla accedente insigni vacuatione: Si librum integrum conscribere, fuisset animus, non epistolam, aliquot tradendæ fuissent obseruationes de natura acidorum, eorumque origine, varietateque fermentationum, at verò hæc ingeniosissimè traduntur à *Villisio, & Maiou*, adeò vt publico parùm profuisse, existimarem, si quæ latinè ij conscripserunt, idiomate nostro efferem.

QVÆSTIO VIII.

Quamobrèm Febricitantibus pedes, & manus, imò & vultus quandòque intumescant,

QVia aquea chyli portio corrupta ad extremitates à natura protruditur: exiguum autèm calorem pedes, & manus cùm obtineant, si ad cæteras partes collatio fiat, ideò transmissum humorem discutere, non valent: faciem autèm, cum obtegat cutis durior, & densior, aeris iniurijs perpetuò exposita, & sit ideò difficilior fit humorum transpiratio, id ipsum in pedibus, & manibus considerandum est, in quibus cutis ob incessum, & laborem crassior, & durior efficitur: cæterùm ex vsu practico discendum est, familiares esse tumores eiusmodi illis, quibus pauca permeant lotia, qui sudores non profundunt, debilibus itèm, & ætate prouectioribus; eà proptèr tumefactiones illæ minùs periculi inuehunt, dummodò nullum subsit viscerum vitium, ac febris in declinatione sit, facilimè enim postmodùm cedunt catharticis, 1 & cardiacis.

---

1 *Promptiùs, & faciliùs diureticis: non rarò sola salis abscintij, vel spiritus salis, aut salis Tartari exbibitione huiusmòdi tumores fœlicissimè curatos, vidi.*

QVÆSTIO IX.

Cur Febres Quartanæ, si pertinaces sint ad hidropem deducant, Iecoris duritiem inuehant, vel Lienis, ac Icterum.

SVbsequitur hydrops eadem de causa, quà artuum tumor, quandò serum, quod in pedes, & manus amandari debuit,

in

in cauitatem abdominis effunditur, aùt cùm non ad prædictas partes iàm ante tumidas, sed ad tibias, ad fermora, & ventris cauitatem decumbit humor, vel si tumor ab illis partibus initium duxerit, indè ad tibias, fęmora, aut ventrem tumoris propagatio fiat, vel quod peiùs est, si per morbi decursum viscera resiccata fuerint, & indurata, quapropter defecationi sanguinis inidonea sint, nec serum à massa sanguinea ritè deinceps segregent, indurationes eiusmodi, & scyrhi Iecoris, & Lienis producta sunt perennis dissipationis humoris nutritij a calore febrili inductæ: Icterus autèm soboles est eiusmodi indurationum, vel obstructionum imi ventris, ab acido fermento productarum; quà de causa bilis in venas refluit, obturatis meatibus, illam in fellis cystin deferrentibus, ab acidis autèm obstrui, ac coagulari sanguinem in partibus, in quibus dominium obtinent, certum est. Quapropter effatum Hippocratis de febre Quartana, 1 eam non modò periculi expertem esse, sed, & ab alijs effectibus illa obsessum immunem tueri, in Græcia verum experimur, quæ quod climati nostro calidiori exponatur; febres Quartanas minùs, quàm in nostris regionibus periculosas experitur, non tàm, quià apud eos sanguis minùs crassus est, quàm quod corporum transpiratio liberior fit: Reuera pro climatum varietate diuersam indolem nancifcuntur morbi, cum apud nos igno-

1 *Libro secundo de Morbis Popularibus sectione tertia hæc habet Hippocrates*; Quartana securissima omnium, & facillima, & longissima est, non sòlum enim ipsa à se ipsa talis est, sed etiam ab alijs magnis morbis liberat, *& sexto de Morbis popularibus sectione sexta*; Quartana correpti à magno morbo non corripiuntur, si verò corripiantur priùs, & accedat Quartana, liberantur, *& tandem sectione quinta Aphorismorum Aphorismo septuagesimo,* à

ignotæ sint febres quintanæ 2 septanæ, & nonanæ: quarum periodi quinta quaque die procedunt, vel septima quaque, vel nona; quarum febrium idem meminit Hippocrates: Collega quidam meus asseruit, non ità pridem à se obseruatam septanam, quæ periodos quinque, aut sex ordinatè obseruarit: Ac nuper

---

à Quartanis capti non admodùm conuulsionibus capiuntur, si vero priùs capiantur, & Quartana superuenerit, liberantur: *hisce tamen minimi obstantibus, hæc habet doctissimus Sydhenam*, Deindè Quartanæ, & periculosiores sunt, & obstinatiores longè, quam sint illæ, de quibus vltimò diximus, vbi enim natù grandiores impetunt, eosdem, paucis adhùc Paroxysmis mulctatos, quandòque iugulant, quo in casu æger tempore exhorescentiæ, ineunteque adeò Paroxysmo, vt plurimùm moritur; Quod si æger in senectutis tantùm fuerit confinio, nec dùm eius limen prætergressus, licet non in eodem versetur discrimine, nec inter Paroxysmos primò lacescentes luce priuetur, non tamèn facilè à febre hac elabetur, nisi vertente anno, appetenteque illo tempore, quo primò corripiebatur. Nonnunquàm etiam hæret lateri læthalis arundo, nec nisi à morte languescenti decutitur, plurima etiam parit symptomata, scorbutum v. g. Ventrem induratum, *Hidropem scilicet, quin' etiam Hippocrates, Hibernas Quartanas quandòque in acutos morbos transmutari, docebat in Coacis prenotionibus, quem transitum si non lethalem, periculosissimum saltèm dicebat Duretus*.

2 *Libro primò Epidemiorum sectione tertia hæc habet Hippocrates*, septimana longa est, verùm non læthalis, Nonana adhùc longior, sed non læthalis, Tertiana exacta citò iudicatur, & non est læthalis, Quintana pessima omnium est, nàm antè tabem, & iàm tabidis superueniens occidit.

3 *In*

nupèr febris octonę 3 se mihi tres periodi obtulerunt, quam tamèn fortuitæ causæ potiùs, quàm statæ, adscripserim.

---

3 *In nobili fęmina Mutinensi febrem octauo quoque die recurrentem vltrà annũ protractam vidi, fęlicissimè tandem meo consilio curata fuit, in alia Illustrissima Matrona Febrem obseruaui, cuius Paroxysmi qualibet decima quinta die reccurrebant, quæ ad decimum vsque Paroxysmum protracta, tandèm sola victus ratione sanata fuit. Similem prorsùs refert Historiam Gentilis in Commentario Auicennæ, quin' Nepotem quandam Episcopi Gratianopolitani singulis mensibus vnica febris accessione vexatum fuisse, narrat Hector Gibaltius.*

QVÆSTIO X.

An' longa abstinentia Febris medela esse possit.

DVbitandi, & quærendi locus indè est, quod pronùper adduxi, à chylo corrupto, & acidiore febres, vt plurimum indui, & generari, vndè inferendum videtur, si alimenti abstinentia ab vno paroxysmo ad alterum accesserit, febris redditum sic præpediri posse: His respondeo, id genus remedij apùd Gręcos familiare esse, apùd quos pauci reperiuntur Medici: Ægri triduanam, aut quattriduanam seruant inediam, nè iusculis quidèm vsi, aqua sola, in quà aliquot amygdalæ contritę sint, contenti; atquè vt plurimùm intrà id spatium febre defunguntur, siuè continua sit, siuè intermittens, spetiatim Tertiana, aut duplex Tertiana: At' in exemplum his in regionibus pertrahi non debet ille mos; Gręci enim duabus anni partibus carnis priuium obseruant, ac sępè ieiuni sunt, per dies integros quarè admirationi esse, nō debet, si tandiù ab alimento abstinere queant; in climatibus autem nostris, cum plurimus cibus familiaris sit, isque multi nutrimenti, ingens incurreret periculum, qui huic mori assuescere, vellet: Imò prostat exemplum viri,

apud

apud nos illuſtris, defuncti, quod pertinacitèr interuallum ab vno paroxyſmo quartanæ ad alterum ſinè cibo tranſigere voluerit: Obijciet quis, propterea Græcos intrà vnum, vel alterum diem a febre liberandos eſſe, at conſiderandum eſt, potum illorum, * cui aliquid alimentarij ineſt, pauxilum chylum producere, per quem occaſio datur aliquot paroxyſmis, ſed leuioribus, quàm ſi ſolidum aſſumeretur alimentum, at interìm calor, digeſtioni aſſumptorum non intentus, fermenti reliquias faciliùs diſcutit: Plerorumque Medicorum Italorum mos inhumanior eſt, minùſque rationi conſonus, potu enim ęgros totius paroxyſmi decurſu interdicunt, 1 vndè corpus mirùm quantùm incaleſcit, nec propterea curatio celerior eſt.

---

* *Diſſoluens illud, quod ſuggeri ſupponebat ſuperiùs Auctor, è glandulis pannoſæ tunicę ventriculi, & inteſtinorum, è glandulis pancreatis, & ſaliualibus, ſanguineam maſſam adhùc ſubintrat, licèt longiori temporis ſpatio abſtineant à cibo ęgrotantes, cùmquè iuſto acidiorem indolem nactum ſit, atquè extranei fermenti rationem habeat, hinc eſt, quod abſtinentia à cibo non ſufficit ad præcauendum febris redditum, quæ ab eodem intrà ſanguinem admiſſo ſuſcitatur, licet fortaſsè leuior, vt plurimùm ſit, & breuior eiuſdem acceſſus, longiora autèm intermiſſionis ſpatia.*

1 *Ergà Medicos Italos humanior eſſe poterat, nequaquàm enim à largiori potu ęgros ſuos interdicunt, Ferrarienſes ſaltèm, ſed liberales potationes Emulſionum, & Aquarum, tùm ſimplicium, & potiſſimùm Nuceriæ, tùm ſtillatarum, Cicorei ſcilicèt, Endiuiæ, Ordei, & ſimilium ipſis permittunt.*

QVÆSTIO XI.

An ſanguinis miſſio Febrifugis annumeranda.

CVm Febrifugi nomen in ſe comprehendat quicquid, febri expellendæ confert, nulli dubium eſt, ſanguinis miſſionem,

nem, sæpissimè 1 febrifugam esse, si præserrìm febris a causa quapiam exteriori, quę æstum sanguini conciliarit, originem trahat, cuiusmodi sunt exercitia, insolatio, vini potus, ira; tùnc enim temporis à venæ sectione idem propemodùm effectus exspectandus est, ac dùm vino in dolio ebulienti aer conceditur, ne id dissiliat; vel cum ex vase, aqua nimis repleto, portio eximitur, nè prè agitatione effundatur; Nisi sanguis demeretur, cum maiorem solito locum occupet, ab hoc vasa pulmonum forsan dehiscerent, aut cerebri, vndè hæmophtysis metus, aut phrenitidis, aliusuè cuiusdam symptomatis grauioris: At in febribus intermittentibus, quarum acidum fermentum potissima causa est, sanguinis missio nequaquàm febrifuga est: Non inficias tamèn iuero, sæpissimè ab illa exordium curationis ducendum esse, præsertìm in duplicibus Tertianis, quæ cum continuis congruunt; eumque in finem, vt sanguis æstu minùs cieatur, vel minuendæ ergo plenitudinis, àt vt plurimùm venæ sectionem in quartanis formido, quod indè prorogatio morbi metuenda sit: nisi alia quępiam subsit indicatio, ob quàm requiratur, cuius notitia pœnes solum Medicum.

QVÆ-

---

1 *Febres venæ sectione potissimùm iugulari, quotidiana testatur experientia, nec deficit ratio; parùm ęqua ratione igitur damnatam vidimus à Dominico La Scala Messanensi Venę sectionem, illamque ab Helmontio, & à Leonardo de Capua repudiatam, quandò non solùm saluberrimum est, in omnibus febribus, sanguinem mittere, sed* in ipsa sanguinis missione prò cæteris omnibus ferè morbis curandis plùs opis est, *dicebat Leonardus Bottalus,* si ritè vsurpetur, quam in quopiam alio artis auxilio, imò quàm in cæteris alijs omnibus simul iunctis.

QVÆSTIO XII.

An Ptiſſanæ laxatiua, aliaue Purgantia Febrifuga cenſenda ſint?

VBi fermentum febrile à ventriculi cruditatibus fouetur, purgatio Febrifugis annumeranda eſt; vt potè quæ paroxyſmos imminentes arcere, valeat, hoc modo onere grauante liberata organa, & adepta contractionis libertatem, reliquum fermentum expellunt: At verò ſi fermentum originem habuerit in fomitibus à nobis aſſignatis, vel ſi ventriculus quopiam vitio laboret, cuius cauſa corrumpantur alimenta, expurgatio ex accidenti tantum febrifuga erit, hoc eſt exempli gratia excitata diarrhea, ęgro nonnunquam ſalutifera; Imò purgationes vt plurimùm in vſum venire, debent, quò via Febrifugis ſternatur: aliàs purgantia febri non * medentur, vel quia fermentum nondùm naturę gratiam adeptum eſt, ideòque ab illis exaſperatur, vel quia venas tantùm, & arterias ſubeunt: Imò non infrequenter contingit, à purgantibus, ob crebram partium agitationem, harum functiones vitiari, ægrum robore deſtitui, ac copioſiorem bilem eliminari, quæ ergà chylum, & ſanguinem balſami vices gerit, niſi concitata fuerit.

QVÆ-

---

* *Si igitur Medicamenta purgantia febri non medentur, ab eorum vſu in febribus eſt abſtinendum, & eò magis, ſi ab ijſdem exhibitis, tot ea ſuccedant damna, & incommoda, quæ enumerat, atque recenſet hìc Auctor, & à me ſuperius fuerunt expoſita.*

I Apud

QVÆSTIO XIII.

An Emetica sint Febrifuga.

EMetica aliquandò requiruntur in febricitantibus, si præsertim ad vomitum inclinet æger; efficacissimè enim ventriculum ab impuris humoribus, functiones illius interturbantibus, liberant, ac euacuatione humorum, fermento febrili materiam subministrantium, proficua sunt, adeòque ex accidenti tantùm febrifuga sunt; imò in illorum vsu sæpè ingens periculū subest, ægro quippè insignem molestiam facescunt, 1 ventriculo iniuriam pariunt, vasaque pulmonum aliquandò reserant: In quartana febre, præsertim diutiùs producta, illis locus non est, fermentum quippè illius, cum admodùm viscidum sit, primis vijs tenacitèr affixum, indè non nisi egerimè, & maximis conatibus auellitur: Si enim leuiora sint, humorem tantùm com

1 *Apud Bernardum Suualuè in has prorumpit quærelas Ventrilus, solis vomitiuis quidam monarchiam dedere, his omnem medendi latitudinem. absolui statuunt, in omni morborum genere Vomitoria vnica, & herculea præsidia censent, diues ab his argumentum mirabilium trahunt curationum, difficilimum sinè his salutis moderamen, credunt, tolli per hæc putant, quod præsens est, arceri, quod iminet malum, mira, ac incredibilia patrari, Medico felicitatem exurgere, & quandoque patrocinium temeritatis emergere, rebelles credunt, & indòmitos sic in ordinem redigi affectus, ab intimis excuti Morbi causam cuniculis; hinc ergò passim preternaturali, atque peruerso motu impetor, turbor, lancinor, ac violentissimè concutior, contrahuntur, laxanturquè hinc, & illinc fibræ meæ, impetuosisque conatibus sursùm fertur fundus meus; mordeor, tendor, anxietor, conuellor, cum tremore labiorum, calligine occulorum, frigore extremorum, alijsque diris cruciatibus quàm plurimis*

2 *Hoc*

commouent; si vehementiora, ægrum in vitę discrimen adducunt, nisi admodùm robustæ is fuerit constitutionis: Quę ratio me impellit, vt publicè moneam, a Barbitonsoribus cauendum, empericis, & agyrtis, qui morbos ope puluisculi profligaturos se, impudenter pollicentur, aut aquæ limpidæ, & insipidæ: vt plurimùm enim eiusmodi medicamenta antimonialia sunt, & è mercurialium, genere; 2 exigua mole comprehensa: cuiusmodi sunt aqua, in qua ebulierit vitriolum, arsenicum, vel auripigmentum; effectum non alia ratione depromentia, quàm per summam ventriculi irritationem, aut eiusdem conuulsionem; quorum vsu, etsì profligata febris, sequuntur empyreuma, visceribus impressum, ventriculi dolores, sanguinis expulsiones: Atque vtinàm Magistratus à Rege constitutus ad veneficorum indagationem, in illos etiam nùm animaduerteret, qui ægros eiusmodi venenorum exhibitione neci dederunt; Etsi enim obijciant, ab exigua copia illorum medicamentorum mortem induci non posse: id indubitanter assero, si talia præbeantur illis, qui constitutionis debilioris sunt, hique occumbant, verè eos exhibiti 3 vèneni reos esse: addè venefico procliuè esse, specie

---

2 *Hoc etiam titulo damnandus puluis ille qui vulgò dicitur Algaroti; à cuius vsu non rarò ægros vidi in maximum vitę discrimen adductos.*

3 *Idem Ventriculus apud prędictum Suualuè rursùs in has erumpit querelas, præsentissima Venena prò Medicamentis aptissimis suggerunt quidam mihi, vtque fraudulentiùs agant, secretissimo ea nomine insigniunt, sic* Arsenicum, Cinnabarim, Mercurium, Antimonium, *similiaque transformant mira specie Nil nisi pannaceas, Dracones mitigatos, Aquilas cælestes: Hercules, Regulos, Crocos, Flores, Lilia, Manas, Rubinos, & multiuaria antidota audias ab illis nominari, ea tamèn mihi sunt, quasi dixerim ego totidem Aconita, napellos, Colchica Bupreстes, Serpentes, Buffones*

cie medicamenti generosi, aucta dozi illius mortem inferre, & posteà in excusationem afferre, se vomitorium tantùm præbere, in animo habuisse.

---

nes, & si quæ his magè mortifera: friuolum. ac inanè est, quod benigna hæc mihi reddita, ac familiaria prætexant, non vis venefica ità edomabilis, vt exuat omnem malignitatem, non inuolucra violentiam omnem sustolunt, falsa huius ostentatio, ac gloriatio est.

QVÆSTIO XIV.

An inebriatio per Vinum, aut Vini spiritum Febris medela esse queat?

VInum immoderatiùs sumptum insignem in massa sanguinea æstum excitat, ac sæpè per varias vias extrà pellit causam febrem committentem, nec desunt exempla quorundam hac ratione sanitatem adeptorum, sed hæc immitari non licet, de virium enim tenore priùs optimè constare debet, ac nùm corpus antè hac à febre quassatum, ebrietatis insultus perferre, queat, cuiusmòdi sunt lethargus, phrenitis, imò mors ipsa: Ideòque, & bona mens illos deficit, & pietas, qui corporis probam valetudinem per periculosum, & anceps remedium sibi comparare, student, animæ sic malè consulentes: An' verissimile in moribundo, aut 1 ebrio animam ritè esse constitutam?

---

1 *Optimè ebrietatem nulli curando morbo, ex vsu esse posse, docebat Zacutus, quandò ex ebrietate oriri Aphoniam, & conuulsionem affirmat Hippocrat. sect. 5. Aphorism. Aphor. 5. & 2. de morbis, imò ex ea, precedente vocis interceptione, mortem renasci affirmat, vndè* Auctor *meritò ebrietatem execratur, vinolentiam damnat, Animæ non minùs, quàm corpori infensam iuxtà illud Horatij.* *De Medic. Princ. Hist. lib. 2.*

Vides,

tam? Quò ad aquam vitę, quàm vocant, Hollandis hæc concedatur, 2 quibus familiaris, & à cuius vsu minùs periculi subeunt, vt plurimùm antequàm insultum febrile inuadat vini spiritum illi hauriunt, à quò quidèm temperari potest frigus, sed vicissìm subsequens calor admodùm intenditur. Sin' febrem omninò profligare animus sit, cantharos integros exhauriunt, fælici interdùm in nautis, & robustioribus successu.

Vides, vt Pallidus omnis
Cœna desurgat dubia, quin' corpus onustum
Hæsternis Vitÿs, animam quoque pergrauat vnà,
Atquè affigit humo Diuinæ particulam auræ.

2 *Spiritibus animalibus multipliciter infensus est spiritus Vini, illos enim mortificat, torpidos facit, quandòque etiam fugat, & extinguit, vndè Aquarum ardentium potum immodicum inter Caussas euidentes, à quibus sideratio extemporanea inferri solet, cōnumerat VVillisius, à nimio preterea spiritus vini vsu acidum Ventriculi fermentum infringi, & obtundi, ac inde Chylosi vitiata Leucophlegmatiam, & Ascitem generari docet* Federicus Dekers in notis ad praxim Barbetianam; *Bilem prætereà, seu Fel, spritus vini frequentiori vsu, & ipsum hebetari, suis expoliari stimulis, & vapidum fieri, vndè postea inumeræ humano corpori noxæ, docet Ioannes Gregorius Grenlichius, docet & experientia.*

QVÆSTIO XV.

An' Aquæ minerales sint Febrifugæ?

CErtissimum est, aquas minerales insigni auxilio esse ad curationem febrium intermittentium, longius productarum; At obseruandum est illas tantummodò medelam esse, quæ calidæ sunt, sale nitro impregnatæ, vero antiquorum nitro analogæ, cum parte aliqua sulphuris, cuius modi sunt aquæ Borbonenses

nenses Arcambaudicæ, & Vichienses: Id quod mihi obseruare licuit Vere prçterito, necnon dominis Garnerio filio, & Villeo collegis meis in itinere, examinis illarum aquarum causa, instituto, innotuit nobis natura eiusmodi Piscinarum insignium, è quibus rè vera plurimi ægri cùm insigni solatio emergunt: At præterea manifestum nobis factum, remedia catholica illas non esse, sicùti à plurimis hystoricis proditum est, quibus animus fuit potiùs, tradere Thermarum elegantem structuram, crateres, ac ædificia connexa, quàm crebris experimentis adhibitis in naturam 1 salium, & mineralium, è quibus constant inquirere: Qui verò in id operam nauarunt, vel earum annalysis instituendæ ignari, vel rati forsan', àb vnico sale tàm diuersos effectus induci, non posse, modò pronuntiarunt, Aquas nitro, vitriolo, & sulphure simùl constare, modò sulphure, vitriolo, &alumine, quandòque ferro, nitro, & vitriolo: at opinionis argumenta nulla præter sanitates subsequutas afferentes: sed si negotium debitè suscepissent, quod ab erudito D. Corsæo prçstitum, quem sequutus D. Foyetius Medicus Vichiensis, pepercissemus molestię itineris, per sex, vel semptem septimanas instituti, examinis ergo triginta fontium mineralium viciniam nostram

---

1 *Hanc Prouinciam suscepit Accademia Scientiarum Regia Parisiensis, cùm enim decreuisset, inquirere in qualitates præcipuarum Aquarum Mineralium plurimarum Galliæ Prouinciarum, easque in ordinario Phisicorum conuentu examinare, non sinè sollicita diligentia eas afferri ex diuersis Prouintijs, curauit, illasq; sapientum Academicorum examini supposuit, quorum obseruationes publico bono communicauit Dominus* Duclos, *obseruationes scilicet super Aquas Minerales Galliæ, quæ habitæ fuerunt annis* 1670, 1671. *Non minori studio, ac æquè diligenti indagine Aquas Minerales, & Medicatos Angliæ fontes examinauit* Martinus Lister, *suasque litterario orbi communicauit obseruationes anno* 1680.

ſtram ambientium, quorum vſus hactenùs erit dubius, donec labor requiſitus acceſſerit, & plurimis experimentis illorum natura explorata fuerit: Indè ratio apertè patebit, cùr quidam ex fontibus illis magìs, quàm antè acceſſum, ægri reddeant: Qui plerorumque Medicorum error, adeò fræquens, anſam præbuit comicorum neotericorum acutiſſimo illis acriter inſultandi: Ad inſtitutum, vt reddeam, Aquæ Borbonenſes, Archambaudicæ, & Vichienſes, dummodò dexterus adſit illarum vſus, ac ægrorum conſtitutio perſpecta ſit, Febrifugæ ſæpè numerò ſunt, vi ſalis 2 nitri in ijs prædominantis, ac partis ſulphureæ, & balſamicę illis vbertim inhærentis; eiuſmodi mixtura, inquam, lynphæ aciditatem temperat eximiè, viſcera nutritioni dicata admodùm roborat, hinc calor natiuus ab illis inſtauratur, primarum viarum obſtructiones reſſerantur; quicquid extraneum, & inutile maſſæ ſanguineæ commixtum eſt à centro ad peripheriam per tranſpirationem expellitur, per ſudores, & vrinas: Si nihilominùs, antè dictarum aquarum vſum ęger pręparationem non ſubierit, vel catharris acrioribus in pectus ruentibus obnoxius fuerit, aut hypocondria obſtructionibus admodùm ſcateant, tùm temporis aquæ minerales nitri inſigni copia turgidæ, ad occurſum maſſæ ſanguineæ ſulphure admodùm ſcatentis, & æſtu percitæ, proculdubiò in illa agitationem inſignem excitaturæ ſunt, vndè intermittentis febris in continuam acutiſſimam commigratio imminet, ac ægri vltima pernities: id quod vſu venire experientia quotidiana comprobat in ijs, qui periti Medici conſilijs auſcultare, nolunt. QVÆ-

---

2 *Ad ſanguinis ęſtum compeſcendum, & ignem febrilem extinguendum maximè opportunum eſſe Nitrum, doctiſſimorum Medicorum vota, & experimenta teſtantur, ſiuè illud poſteà ſpiritui acido, ſiuè ſali fixo ſalſo, & quodamodò alkalico, quibus conſtat ſalnitrum, ſit adſcribendum, vndè & Aquæ ſale nitri ſaturatæ conſimiles poterunt præſtare effectus, & quandoque erunt febrifugæ.*

1 *De*

QVÆSTIO XVI.

An' Theriaca, Antidotus Oruietana, similesque Febres profligare valeant.

POſſibile eſt, corpora ritè præparata, præmiſſis ſanguinis miſſionibus, purgationibus, alijſque remedijs diminutæ virtutis, adiumentum cępiſſe ex vna, vel altera Theriacę, aut alteriùs antidoti calidioris dozi, à quibus attenuati fuerint humores: Porrò cum plebs hoc remedium citrà delectum, & iuditium adhibeat, vſu ſæpè numerò euenit, 1 vt ſanguis exindè fermentationi aptior fiat, vndè ſitis augmentum, cephalalgiæ, imò ipſius febris: Quin' imò, & quidam ad curationem Quartanę, ſed leuioris, vtuntur Theriaca, illinendo ſpinam dorſi illa, aquæ vitæ remixta, vndè attenuatur ſanguis, fermentum tranſpirationi inſenſibili magìs idoneum redditur; ſed vt plurimùm generoſioribus pręſidijs impugnandus pertinax ille hoſtis.

QVÆ-

---

1 *De Theriacæ vſu in febrium curatione hæc habet Riuerius Anno 1630 Tertianæ longiſſimę vigebant in Autumno, à quibus multi liberati ſunt, ſumendo in declinatione poſt ſanguinis miſſionem, & purgationes iteratas, Terhiacæ drachmam vnam cum Aqua Plantaginis manè per triduum, in quibus caliditas magìs timebatur à Cæna exibendam: Quidam Theriacam ſumpſit morbo adhuch crudo cum vrinis rubris, & febris aucta eſt, ſic Eudemus apud Galen. à ſumpta Theriaca in Quartana, morbo aduch crudo exiſtente, illa ex ſimplicì triplex facta eſt.*

QVÆSTIO XVII.

Quomodò à Terrore sanetur Quartana.

QVidam ob quartanam rigentes, incusso subito terrore sanati sunt, imò referunt Henricum IV febricitantem hoc modo curasse; Expugnauerat Castellum in quò decumbebat Nobilis paroxysmo febris Quartanę pręhensus, indignabundum vultum assumpsit Rex, ac febrem quartanam se propulsurum ait, chartam postulauit, cui quattuor hos versus Gallicos inscripsit:

Fièure Quarte ie te coniure
De par la barbe de Mercure,
Quę hors de ce corps tù deloges
Comme d'icy à fuit Desloges.

Quæ Latinè reddita sic sonant. *Febris quartana coniuro te per Mercurij barbam, vt hoc ex corpore migres, sicuti ex his ędibus Desloges:* 1 Æger morti se adiudicatum credens, adeò insigni terrore perculsus est, vt febris discesserit: causa pendet a spirituum extraordinaria commotione sanguinem crassissimùm, quartanam committentem, attenuante, ac fermentum, vel per sudores,

---

1 *Aliter narrat historiam Scheinemanus, & Quartanarium sanatum fuisse ait Amuleto, per iocum facto ex pilis Barbæ Ducis fugitiui, additis tamèn irrisionis gratia, hisce Carminibus.*

Iuro Febrem Quattriduanam
Te per barbam Cyllenianam
Vt ab hoc corpore repedes
Ceu, me bellante, dux de Loges,

2 *Non*

dores, vel per aluum expellente: Nihilominùs tamèn 2 id remedium in vsum ducendum nō est, terror enim si mediocris, inutilis

2 *Non rarò Medici fungitur vice terror, dicebat olim Rolfinckius, & de facto febribus refractarijs finem quandòque imposuisse terrorem, de improuiso, & potissimùm tempore paroxysmi, subortum, plurimæ docent Medicorum obseruationes, Quartanæ, atque tertianę per terrorem sanatę exempla referunt obseruationes Schroderianæ, & obseruationes Accademię Curiosorum Germanię, quę referunt Quartanam ex improuisa Cymbe in Aqua submersione sanatam, Tertianam ex imersione in Aquam frigidam curatam, quemadmodùm etiam ex Bombardæ improuisa explosione, ità pariter Pareus de Nobili quodam Gallo refert, quod fuerit à pertinaci febri Quartana liberatus, vbi, cum ad Vistulæ ripas deambularet, ab Amico fortè obuio per iocum in profluentem impulsus fuerit, & de quodam Galliarum Regis Capitaneo, quì licet Quartanario Paroxysmo teneretur, prelio tamèn apud* Dorlanum *commisso interesse voluit, refert, quod cùm glans sclopo elisa medios ceruices illi perfôrasset, tanto mortis terrore percultus fuit, vt febris ardore frigido timori cedente à Quartana deinceps immunis vixerit, ità pariter narrat Liuius de Q. Fabio Maximo, quod prælio commisso apud Isaram Flumen aduersùs Alobrogum Regem, febre Quartana liberatus fuit, at non solùm in febribus curandis, verùm etiam in alijs morbis magnam habet efficaciam Timor, sic Paralysim inueteratam, & singultum grauissimum terorre curata refert Valeriola, Paralysim, & contracturam Beckerus, Epilepsiam Bierlingius, Artritidem Salmuth, & ipse Nobilissimum virum inopinatò Artrhitide liberatum vidi, ex incusso Terrore ab incendio proprię domus, neque procul' à ratione est huiusmodi sanatio à terrore facta, quandò violenter sic commoti spiritus aptiores fiunt subigendę, & alterandę materię Morbificæ, extraneisque particulis cruori commixtis, atque confusis discutiendis, ac elliminandis, sed hæc sunt fortuita*

 nec

tilis futurus est, si insignis, lęthum inferre valet, nonnullos enim pauor enecat, siuè illicò, siuè deincèps, à conturbata naturali ęconomia.

---

nec facilè à Medico imitanda, cùm nec semper ea sit causæ Morbificę conditio, quę illi extraordinario cedat spirituum insultui, aut eum patienter ferrat, vel etiam spirituum non idem vigor, qui perturbationi illi sustinendę sufficiat, quin' potiùs ijsdem dissipatis, vel suffocatis quandòque morbus augeri potest, aut nouus induci, nequè plura desunt exempla, per quę constare facile poterit, quod terror incussus varios morbos, aut etiam ipsam mortem inferre potest.

QVÆSTIO XVIII.

Cùr loca paludosa, & humida Febrium sunt feracia?

QVia indesinenter ex locis illis efferuntur corpuscula acida, quę sanguini commiscentur, mediante respiratione, & lympham suę aciditatis participem faciunt, vndè diuersarum febrium productio, prò varia corporis dispositione: Atque id omninò extrà dubitationis aleam constitutum est, vt ipsissimum etiam ferrum in omni loco humido rubiginem contrahat, exiguo admodùm tempore, nemini autem ignotum rubiginem à quouis acido induci. Quinimò si in locis humidis concamerationes adsint, quæ atomos istiusmodi cohibeant, vbertim illìc concrescunt, & nitrum exhibent, tantæ aciditatis particeps, vt exindè aqua fortis exurgat: Eà propter nauigatio febricitantibus opportuna non est, præsertim in aqua dulci, nàmque sæpiùs febrim infert, nedùm fouet; Maritimus enim aer salsis atomis abundè scatet, quæ acidis contrariæ sunt: Portuum tamèn quorundam maritimorum incolæ febribus admodùm tentantur, ob aquas desides, & aeris ambientis infectionem

nem à vaporibus exindè elatis cum ijs, qui è terra fuscitantur commixtis: Ea de causa vix locus datur febribus magìs opportunus Alexandretta, quò vbi quis appulerit, febre illicò ferè prehenditur; nequè mirùm, locus enim ex se paludosus est, quia portus depressior, vicinum prætereà habet montem excelsum parti orientali obuersum, soli additum antè productam diem prohibentem; Non aliud securiùs aduersùs ea remedium, quàm cita è loco euasio, quò gratiori liceat frui aura: Itidèm Smyrna, quæ fundum ansæ cuiusdam Arcipelagi occupat, paludesque proximas habet, Autumnali tempore febribus admodùm patet; eadem de causa Lugdunenses Galli febribus, vt plurimùm implicantur, si Dumbensem Prouinciam adeunt, regionem paludibus obsitam: E' quibus consequentias ad praxim vtiles elicere, facilè est, exempli gratia, è re esse febricitantes non commorari in cubiculis inferioribus, vel ædificijs fluuio proximis; demùm aeris mutationem imperandam ijs, qui ex inspirato prauo aere febricitant.

QVÆSTIO XIX.

An pellicula, ex texta oui detracta, & extremitati digiti admota, vel Tinca viua Spinæ dorsi admota, aut plantis pedum, febri remedium esse queat?

HÆc, & similia popularia sunt remedia, quæ quod vni ex centenario numero proficua fuerint, in vsum ducuntur, quasi vi quapiam specifica pollerent: Attamèn plerùmque eiusmodi irrita esse, quotidiana ostendit experientia, sin' quispiam illorum ope sanitatem adæptus fuerit, id contingit, aut efficacia fantasiæ ægri, aut ratione doloris, ab illorum frigore excitati, vel etiam strictioris ligaturæ partium neruosarum excalefactarum, à dolore enim inducitur sanguinis inconsueta commotio, adeò vt apud nos obseruatum sit, quendam interijsse ob sæua

 acci-

accidentia inducta ab admota plantis pedum Tinca: Piscis hic sæpè numerò detractus nigrorem contrahit, plebs verò indè censet, malignitatem ex ægri corpore in piscem migrasse, at verò hæc caloris tantùm effectus sunt, & humiditatis, 1 quorùm ratione in corruptionem abit. Antiqui, referente Plinio, febrifuga multò absurdiora in vsum ducebant, & superstitionem magis redolentia, quæ ipse contemptim habet, exempli gratia Cæsuras * vnguium antè Solis ortum inquirendas, atque ex cera affigendas ianuæ domus cuiuspiam, cuius dominum postmodùm inuadebat febris; 2 Tres guttas sanguinis ex vna auricula Asini pertusa elicitas, ac ex duobus aquæ cantaris haustas:

---

1 *In Ictericis quoquè aliqui Tincam viuentem applicant vmbilico, donec immoriatur, postridiè rursus aliam, idquè etiam tertiò repetunt, & asserunt Tincam mortuam intùs, & foris croceo veluti colore tinctam aparere, illam nonnulli applicant regioni Ventriculi, nonnulli plantis pedum, sed irrito semper, atq; frustraneo euentu applicatam fuisse, notat Carolus Raiger, notant & alij, licet ex Kentmano illam approbet Coradus Gesnerus, & Rolfinckius illam per medium dissectam, & vel plantis pedùm, vel brachiorum carpis admotam summi instar remedij habeat in febribus intermittentibus.*

* *Vngues resecti à manibus, & pedibus, & vmbilico alligati, aquas Hidropicorum educere, dicuntur: alij ad curandas febres vnguium segmenta ouo includunt, auibusq; deuoranda obijciunt, alij dorso Cancri viui alligant, cancrumq; fluenti committunt; alij tandèm ad recuperandas vires abscissos vngues, & capillos cerasi, radici incisæ imponunt, vulnusq; fimo cooperiunt.*

2 *Anchusæ folia brachio alligata Tertianam febrem curare posse, superstitiosè sibi persuadebant Antiqui, eodem referente Plinio, dummodò sinistra manu fuerint euulsa, atque in ipso euulsionis actu febricitantis nomen prolatum fuerit.*

3 *In-*

ſtas; 3 Iecur fęli declinante Luna exemptum,& ſale conditum, antè paroxyſmum febris Quartanæ ex vino potum: Dentes occulo reſpondentes Crocodili, thure repletos, & brachio dextro ægri adalligatos: Aſſerit ipſe Dioſcorides tres Araneos 4 contuſos, & ex linteo fronti admotos, ac temporibus Tertianam febrem ſanare.

---

3 *Intèr amuleta recenſet Platerus Piloſellam decreſcente Luna collectam, & in nodulo collo alligatam, Talpam, donèc moriatur, in ipſo Paroxyſmo manibus detentam.*

4 *Febrifugam paritèr exerunt vim Araneę ſi fuerint cum cibis comæſtæ, copioſus enim exindè vtplurimùm prorumpit ſudor, quo febres ſoluuntur, nec mirùm, quandò plurimo adeò ſale volatili abundant.* Paulin. Obſeru. Med. Phiſ. curioſ.

QVÆSTIO XX.

Qua ratione Veſſicatoria febres curent, ſpeciatim malignas.

APud Hollandos admouentur veſſicantia brachijs, femoribus, tibijs, non in malignis modò febribus, ſed & ſimplicibus tertianis: Galli teneriorem conſtitutionem ſortiti, vix ea tollerant, vſurpanda demùm, ſi accedat delirium, ſopor, aut ſpaſmodicæ contractiones; Remedium reuera immitè, 1 ſed

---

1 *Iamdiù eſt, quod Veſſicantium vſum, tanquàm impium, & inhumanum remedium, à quo ne minima quidèm ſperari poteſt vtilitas, plurima autem, eaque pernitioſiſſima mala ſunt expectanda, prorsùs reiciendum eſſe, publicè teſtatus ſum; Donzellus Fallax, & incerti euentus præſidium, ipſoque morbo magìs pernicioſum Veſſicatoria appellat, Helmontius eadem ſummè nocua ſemper eſſe docet, nulla enim per ipſa vtilis habetur ſeroſitatum excretio, ſed que indè ſtillant ſeroſitates, coagulati ſanguinis, ſeù corrupti à ſceptici s particulis,*

sed certi effectus: Natura duce in vsum id trahitur in febribus malignis, in quibus absceslus, & mætastases humorum acrium contingunt, quibus cancrena succedit, presertim in cocyge, conferente lecti tepore, à quo pars illa incalescit; Imò nonumquam cancræna istiusmodi, quæ lethi prænuntia iudicata est, in ægri salutem concessit, succedente suppuratione, & expulsione facta humorum malignorum, a natura suscepta, quam ars agredi, ausa non fuit; eà propter exclusioni seri acrioris adscribenda sanatio, quam admota vessicatoria produxerunt. QVÆ-

---

culis, soboles sunt, stulta preterea *appellat* subsidia circa corporis superfitiem, vbi centralia laborant, & obsessa sunt: *improbat paritèr Vessicantium vsum Emanuel Konig, & ait grauiter, & insigniter in hac re peccari, dùm hæc in ijs, qui delirijs, vigilijs, & inquietudinibus plurimùm infestarentur applicata fuere insigni quidèm corporis carnificina, intensissimo cum dolore, ardore summo, capitis incendio, nullo autem cum morbi leuamine, nulloque modo mitigata exindè grauium symptomatum seuitie: quin' Augustinum Thonerum lib. pr. obseruat. obseruat. xx sibi in hac re consentientem affert, & æquidèm quacunque facta Vessicantium Annalysi, seu simplicium Medicamentorum, quæ eorundem ingrediuntur compositionem habito quocunque examine, adùch non constat, quomodò ab eorumdem vsu grauiorum quorumcunque morborum curatio sit expectanda, non enim aliud promittunt, notante etiam Santaniello Medico Neapolitano, sceptica Vessicantium particulæ per cutis spiracula altiùs insinuatę atquè intrà sanguinea vasa admissę; quàm fortuitam aliquam crassiorum particularum alicubì stagnantium atenuationem, incisionem, & fortasse cum sero sanguinis ad Vias Vrinarias ablegationem; quę adùch si prę̈stò essent subsidia, ijsdem tamen' non compensantur, innumera illa, quæ exindè eueniunt damna, & incommoda quorum ratione suspectus adeò esse debet Vessicantium vsus, & potissimùm in febribus etiam Malignis, in Delirio, & spasmodicis quibuscunque affectionibus.*

Miscel. Curi. Tom. 9. Dec. 2. Obs. 131

QVÆSTIO XXI.

An remedia carpis admota, Epicarpia dicta, Febrem profligare valeant,

EIusmodi remedia, quibus plebs multam fidem adhibet, sæpè numerò è vessicatoriorum sunt classe, si è sale conficiantur, aceto, puluere pyrio, vrticis, fulgine camini, radice ranunculi, alijs, alijsque eiusmodi; Imò ipsis vessicatorijs nonunquàm magis obsunt, quia carpo admouentur, parti membraneę, & nerueę potiùs, quam carnosæ: conficiuntur, etiàm ex rebus exulcerandi cutim falcultate carentibus, at verò sanguineæ massę caliditatem imprimendi vim nactis, vel acidum præcipitandi, cuiusmodi parantur ex Canphora, & Aqua vitæ, vel quoquomodo sanguinem fixandi, exempli gratia, quę conficiuntur ex tellis 1 araneorum, & limacibus, bursa pastoris, planta adstringendi vi prædita: attamèn ex similibus remedijs exiguus successus deprehenditur, nisi fortitèr ægri phantasia commoueatur ab illis, qui ea admouent, & efficaciam prędicant, & exindè cęlerem, & indubiam sanitatem pollicentur: Possibile quoque est, cum ad eiusmodi remedia tantummodò transitus fiat, vbi cętera fastidium pariunt, à quibus ex parte superatus morbus, febrem triduò, aut quatriduò post desinere.

---

1 *Araneorum vsus in Epicarpijs febrifugis plurimus esse, solet. Emplastrum febrifugum præstantissimum, cum ipsis Araneis, & Aranearum tellis, ac Terebintina ex arte commixtis componit Storobelbergius, aliaque passim apud Auctores habentur, & præcipuè apud Schenchium, quin Tella Araneæ albæ in Corio ligata, & collo apensa febres Quartanas curari, docet Petrus Bayrus, immò, & Aranean ipsam iuglandis testa conclusam, colloque suspensam Quartanam febrem depellerę, narat Teophrastus Paracelsus, Mon-*

re, at non secùs res contigisset, si nil eiusmodi tentatum fuisset: speciatim infantibus conferre, possunt, remedia interna ferrè respuentibus, quorum sanguis facilius suscipit remedij exteriùs adhibiti impressionem.

Montuus, & Fernelius, Fuligo etiam ipsa non rarò huiusmodi Medicamentorum basis est, videantur Emplastra febrifuga Mynsichti, Dolei, & aliorum. Quomodò autem efferuescentiam febrilem, ac sanguinis turgescentiam inhibeant, communicatis nimirùm sanguini corpusculis, quæ vel ætherogeneorum fixationem, vel præcipitationem inducant eruditè docet VVillisius, eorum tamèn vsum improbat Petrus Borellus centuria, Obser. 2. obser. 9. & Helmont.

QVÆSTIO XXII.

An Centaurium minùs, & Chamædrys febrifugis annumeranda?

NOminatæ plantæ insigni amarore præditæ sunt: attamèn cum sanitatis gratia omnia suscipiantur, rustici earum decocto ad febrium intermittentium curationem vtuntur: Plurimi centaurium minùs magni faciunt, cui febrifugi nomen inditum est: Dioscorides autem in Tertiana chamædryn 1 admodùm commendat: quamobrem nulli dubium est, si modò methodicè exibeantur, dictas plantas proficuas fore, non ideò tamen expectatus semper adest successus, siuè quia perperàm, & intempestiuè præbentur, siuè quia conceduntur tenerioris con-

1 *Acida demulcet, diaforetica præterea, & diuretica est, plùrimùm igitur curandis febribus vtilis esse posset, non ideo tamen febrifuga dici debet, Veri enim febrifugi dotes minimè possidet.*

1 *Ità*

constitutionis ægris, indè in intemperiem calidiorem abreptis, demùm in ijs desiderantur veri febrifugi dotes, in quo si nùl adesse debet vis diuretica, diaphoretica, vel hidrotica, ad fermenti febrilis expulsionem, balsamica ad restitutionem virium prostitutarum, stypticæ, vel adstringens, ad robur fibrarum partium cofirmandum; quandòquè narcotica, ad nimium sanguinis orgasmum compescendum, ac tandèm illi inesse debet verum alkali, ad obtundendum, & infringendum acidorum acumen: Hippocrates in febribus intermittentibus radice pentaphylli vtitur, sed nisi hęc planta maioribus polleat viribus in Græcia, exiguæ his in regionibus depręhenduntur, etsi leuis adstrictionis sit particeps; quamobrèm addit, nisi desinat febris, exhibeatur ęgro succus trifolij, cum succo silphij ex vino, ęquali portioni aquę remixto: maximo rei Medicę damno non innotescit nobis celeberrima illa planta, *silphium* dicta, aut *laserpitium*, quam antiqui ad tot morborum curationem magni faciebant, Plinius integro capite eius virtutes exequitur: In Lybia natales habebat, eiusque figura adhuc obseruatur in numismate antiquo Cyreniorum, in quò quodammodò refert apium, vel seseli, quommodò Theophrastus, & Dioscorides eam expresserunt libris editis de Plantis: Hippocrates in Quartana iubet dari succum dictarum plantarum ex mero: Ex his manifestum est, ipsum à vino non adeò abhorruisse, ac Medici neoterici, etsi hi se ipsius discipulos profiteantur, imò in dicta febre præscribit alium contusum, & melli mixtum, vndè maior, quàm ex vino metuenda est calefactio: Dioscorides, & Serenus Sammonicus illis addunt cimices, fortasè ad saporis gratiam, & suauitatem obsonij. In genere medicamenta febrifuga, ab antiquis vsurpata ex calidioribus rebus constabant, vt ex Galeno, Marcello, Tralliano, patet.

QVÆSTIO XXIII.

Cùr Labierum Tumores, & Pustulæ febris declinationem indicent?

QVìa indicio sunt Naturam, aut remedia impetu facto expulsisse fermentum acre, & acidum febrile, quod in transitu sui vestigia reliquit in labris molliori, & spongiosa substantia donatis; Eadem ratione scabies Quartanę febri superueniens huic finem imponit, qua delitescente, febris iterùm ressurgit: Nec tamèn ideò non purgandus æger, ad exclusionem nempè fęcum, post sudorem, aut insensibilem transpirationem superstitum, à quibus recidiua metuenda.

QVÆSTIO XXIV.

Quæ Causa fastidij ciborum, & Oris amaroris post febrem relictorum?

F*Astidium* sequitur ventriculi vitiosam constitutionem, qui malè iampridèm functus est officio, vel vitium fermenti à calore febrili deprauati, & frequenti potù obruti, & diluti: *Oris amarorem* pariunt fumi, & fuligines superstites ab ęstu sanguinis in venis, ac ebulitione chyli in ventriculo, linguæ, parti admodùm spongiosæ, diutiùs inhęrentes: neminem enim latet fumum, & fuligines omnes amaricare, adeò vt reuertendum non sit ad bilis amaritudinem, iniquè sæpè culpatam.

QVÆSTIO XXV.

Cùr Lacticinia, Fructus crudi, & Mostum sæpè febrem reuocant?

LActicinia, fructus crudi, & vinum recens abundè turgent partibus acidis, quarum segregatio facta in ventriculo debili, demùm febrem antè discussam, eiusque symptomata reuocat:

uocat: Ideòque in rem Plinius vuas recentes febricitantibus noxias esse, tradit: Ex accidenti tamèn aliquandò ab illis discussam fuisse febrem, constat, si larga copia vindemiarum tempore ingerantur, * vt plurimùm enim alui fluxum excitant, secùm prauos, & vitiosos quoscunque humores obuios abripientem cum fermento febrili: Idem de vino pendulo, quod de recentiori, iudicium ferendum est, quandòquidem eius tartarus, vel fex, vino iterùm si remisceantur, acorem ipsi conciliant, ac proindè idoneum reddunt ad fermenti febrilis restaurationem: Eadem de causa per aliquod temporis interuallum, postquàm sanitas adepta est, abstinendum à pistorijs operibus, bellariis, salsamentis, obsonijs, condimentis, fructibus immaturis, & similibus, quæ quòd ferè partibus acidis, acribus, & igneis constent, in ventriculo debili æstum, & tumultum cient, nec facilè concoctionem subeunt, vndè labor, & molestiæ partium concoctioni, & digestioni dicatarum, qua de causa incalescit massa sanguinea; Ideòque minimè mirum, si sæpè numerò recidiui occurant morbi, quandòquidem non pauci ægri in Medicos imperium affectant, nec ab ijs se regi patiuntur, apetitui, & gulę indulgentes: Alij statìm ac à morbo liberati sunt, Medicina se ominò carere posse, existimant, ac Medicos cum Pharmacopæis *conuenire in augmentum rationum nominum*: Quæ forsitàn ratio est, cur assumpto remedio Medici Angli, ægri minùs recidiuis patent, enorme enim prætium, quo comparatum est, in causa est, vt nullus in dozibus restrictus sit, sed liberalitèr assumat: Reuera enim verissimile non est, dùm id genus remedij vsur-

* *Febrem Quartanam à largiori Vuarum ingurgitatione curatam notat Doctissimus vir Ioseph Lanzonus in suis obseruationibus Miscellan. Curios. German. insertis, Ann. 4. Decur III. ab eorundem enim vsu largiori subsequuto alui fluxu febris omnimodè sanata fuit.* *Obs. 66.*

Ità

vsurpatur, concessum esse ægro, nullis se dietæ legibus obstringere; atque satis illi virium esse, ad arcendam generationem novorum fermentorum, quę errorē in victus ratione accrescere, valeat in eo, qui fruitur valetudine reduce, semestri, aut mensis spatio postquàm ab illius vsu destitit. Cæterùm febres, quæ pertinaces fuere, & organis insignem iniuriam intulere, in recidiuas multò procliuiores sunt, quàm si post' priores paroxysmos expugnatæ sint.

QVÆSTIO XXVI.

An' detur remedium aliquod febrifugum specificum, febribus qualitate occultiori aduersum, idemque vniuersale.

QValitates occultæ ignorantiæ humanæ commodissimum asylum, & perfugium, quod naturæ penetralia nequaquàm attingit, nec sàt essentiam naturę operum detegit: Porrò in confesso est, id, quod nos latet, non immeritò occultum vocandum esse, imò plurima in rerum natura extare, quæ semper faciliùs sit, atque etiam decentiùs admirari, quàm pœnitiùs scrutari: Attamèn quantùm dabitur, declinandum erit illud asylum, atquè me iudice, iuxta principia à me constituta, non adeò arduum erit, naturam exploratam habere remediorum, quę vulgò specifica audiunt, Quinquinam nequaquàm in scenam adduxi, eò quod Medicus quidam Parisiensis celeberrimus, quem submissè veneror, suppresso nomine libellum de eò remedio eddidit; Idem est libellus, quem D. de Blegny, partum esse credidit Medici Lugdunensis, quia prior illius editio Lugduni facta: Id verò addiderò, vbique in plantis, & in animalibus reperiri posse, atquè indè deduci Febrifuga: Nequè enim animo fingendū naturam adeò parcam fuisse, & iniquam nostris regionibus, vt neglexerit productionem alimentorum, & medicamentorum conseruandæ vitæ idoneorum: sępissimè occupati animi vitium est, quò ex Indijs, cæterisque exteris regioni-

gionibus alata medicamenta suspicimus, & veneramur, despicimus ea, quæ 1 nostræ proferunt: Si nobis desit Senna, Rhabarbarum, & Cassia, inuicèm prostant, & concessa sunt, folia, & flores persicorum, rosæ, rhamnus catharticus, & mille alia purgantia, fructu non inani exhibenda: Itidèm dummodò planta aliqua, aut plura simplicia, ad vnius compositionem congesta arte Chimica, aut vulgata præparatione Galenica, polleant dotibus, quas requiri, diximus, ad veri febrifugi constitutionem, nemini dubium sit, quin' speratum edant effectum, ità vt nequaquàm necessè sit, ad qualitatem occultam confugere: Hoc verò consideratione dignum, atque ad firmandam nostram hypothesim de febrium causis plurimùm facit, plantas scilicet omnes, aliaque medicamenta, hactenùs ad curationem febrium iactata, omni aciditate, quæ cum fermento acido conuenientiam habeat, orbata esse, ex opposito amaritiem possidere, adstrictionem, calorem, ac præterea salia volatilia, & alkalica, omnibus acidis infensa, & contraria, qualitatibus manifestis febres oppugnantia; Ideòque vtiliter (adhibitis præcautionibus requisitis) in vsum ducere, licebit, puluerem viperarum, earundem salem, piper, nucem moschatam, sulphur, abscintium, fraxini corticem, radicem contrayeruæ, verbascum, gentianam, valerianam syluestrem, semen sinapi, salem armoniacum,

---

1 *Ità paritèr Plinius huiusmodi improbabat abusum, inquiens,* hęc sola, *(loquitur de Herbis, Plantis, alijsque simplicibus Medicamentis)* naturæ placuerat, esse remedia, parata vulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus viuimus; Posteà fraudes hominum, & ingeniorum capturæ officinas inuenere istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita, statim compositiones, & mixturę inexplicabiles decantantur; Arabia, atque India in medio æstimantur, vlcerique paruo Medicina à Rubro Mari imputatur, cum remedia vera quotidiè pauperrimus

niacum, ſalem tartari, ſalem centaurij, veronicam, panacem, carduum benedictum, angelicam, chamæmelum, iuniperum, ſaluiam, rutam, hypericum, galegam, verbenam, plantaginem, centaurium, chamedryn, vrticam, aſſarum, chęlidoniam, bethonicam, theàm, caphè, opium, antimonium, ſaſſafras, guaiacum, ipſum etiam mercurium.

Ex mea quoquè ſententia veriſſimilè non eſt, vnum, idemque remedium omnibus febribus ęquè conuenire, quibus ſexcentæ circumſtantiæ varietatem inducere, poſſunt: Nec tamen inficias ierim, quędam extare, quæ, vel natura, vel arte omnes ferè dotes, in legitimis febrifugis requiſitas, poſſideant. Porrò ſicuti imperitus coquus ex optimis cibarijs ingratū ferculum parauerit, è contrà qui artem callet, ex vilibus obſonia optima confecerit, idem iudicium eſtò de Medico in arte parum exercitato, qui fortuna tantùm duce, voti compos fiet: cum vicè verſa is, qui arti ſeriam nauauerit operam, aut per crebra experimenta peritiam adeptus erit, is ægros ſuos citiùs à morbis liberaturus eſt, etſi paucis vſus remedijs.

Id deniquè ratum habeo, à quouis Medico excogitari poſſe febri-

---

mus quiſque cænet, nam ſi ex horto petantur, aut herba, vel frutex quæratur, nulla artium vilior fiet; Ità eſt profectò, magnitudo Populi Romani perdidit ritus, vincendo victi ſumus, paremus externis, & vna Artium Imperatoribus imperat, *& alibi dicèba*, Nos nec Indicarum, Arabicarumque mercium, aut externi Orbis attingimus medicinas; non placent remedia tàm longè naſcentia, non nobis gignuntur, imò nec illis quidèm, alioquìn non venderent, odorum cauſa, vnguentorumque, & delitiarum, ſi placet etiam, ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam Thure ſupplicamus, & Coſto, ſalutem quidèm ſine his poſſe conſtare, vel ob id probabimus, vt tantò magis ſui delitias pudeat, &c.

2 *Quod*

febrifuga, eaque tempestiuè exhiberi, dummodò illi recte perspecta fuerit febris indoles in genere, ac ęgrorum singularis constitutio: Illustris D. de Mayerne, Regis Britanniæ Medicus, cui, inter cæteras dotes, insignis erat notitia materię Medicę, in parato habebat aquas, & alias compositiones febrifugas, ex plantis 2 nostratibus confectas: qua de re mihi constat ex manuscriptis penès me asseruandis.

Fa

---

2 *Quod è* vegetabilium *familia vera febrifuga solummodò petenda sint, docebam in huiusce operis proemio, non enim irrito indè queruntur conatu, quemadmodùm frustraneo semper euentu quæsita fuerunt ab* Animalibus, *&* Mineralibus, *neque enim tot illa, quę passim ab Auctoribus proponuntur febrifuga, quemadmodùm febrifugum Domini* Muscoskij *ex Arsenico albo Christalino, febrifugum præcipitans* Hergeri, *ex Cremore Tartari, & Corallo, febrifugum antiquartium* Riuerij, *(cuius non immeritò basim suspicatur Mercurium dulcem* Ettmulerus) *febrifugum* Salztmani, *cuius basis est in sulfure, aliaque huiùsmodi, veri febrifugi rationem habent, tùm quia non adeò feliciter febris curationem absolunt, vt ijsdem vti liceat indiscriminatim in quarumcunque febrium curatione, tùm quia etiàm si curent quandòque febrem, hoc non præstant oppugnando febrile fermentum, illudque specifica quadam vi extirpando, sed solummodò febris curationem, ex his sperare licet, vel quia præcipitant extranea cruori admixta, eademque per sensibilem aliquam euacuationem eliminant, vndè non potiori iure febrifuga dici debent, quàm febrifugi ratio conueniat Hidroticis, Catharticis, Diureticis, alijsque huiusce generis medicamentis, quorum vsu non alia ratione febres curantur, nisi quia per sensibilem aliquam euacuationem febrilis efferuescentiæ causam expellùnt,* & eliminant, *at quæ è vegetabilium familia nobis sugeruntur febrifuga, hæc specifica quadam vi, & dote quadam seminali febrile edomant fermentum, & febris curationem absol-*

S 2 *uunt,*

Ex propter censeo, decere Medicum nihil prætermittere, imo periculum facere remediorum, quę insolentia videntur, dummodò in vitę discrimen ægrum non conijciant: Iecur leporis,

unt, vel nulla etiam inducta sensibili euacuatione, inter febrifuga autèm, quæ è vegetabilium familia nobis hucùsque suppeditata fuerunt, post Corticem Peruuianum *cui vltrò palmam deferimus, nullum adhùc mihi occurit maioris efficacię, & cui potiori iure vera febrifugi ratio conueniat, quàm* Aurantiorum Cortex, *cuius tanta est efficacia in edomando febrili fermento, atque extirpandis febribus, vt illum Cortici Peruuiano parem facere, penè auserim, non rarò enim contumaces febres, atque rebelles, ipsique Cortici Peruuiano refractarias huiusmodi Cortice fęlicissimè curatas vidi, & potissimùm summæ efficaciæ expertus sum in illis febribus, quæ vitio Ventriculi, & fluidorum, quæ chilosim promouent, contingunt, nequè mirum, quod febrifuga vi, adeò efficaci polleat huiusmodi Cortex, quandò acida quæcunque extranea in corpore delitescentia potenter adeò emendat, & exterminat, vndè etiam ex ipso in colicis, & stranguriosis affectionibus, ab acido siluestri excitatis, validissimum paratur remedium, vti notant Ettmullerus, Offmanus, & alij: Huiusce Corticis vim febrifugam, eiusdemque in febribus, potissimùm cronicis, extirpandis, efficaciam, mihi primò indicauit Doctissimus Vir. Doct. Octauius Cappellus in hoc nostrò Ferrariensi Gymnasio Lector, & Praxis Medicę professor eximius, factis ex indè posteà plurimis experimentis, tandèm compertum habui, quod non solum in febribus chronicis, & ad longum tempus protractis, verùm etiam in quibuscunque alijs Febribus, si potissimùm de intermittentium genere fuerint, summę actiuitatis est, & efficaciæ, & equidem rarò admodùm frustraneo euentu, irritoque conatu vsus sum huiusmodi Cortice, cuius apud me varius fuit, & adùch est vsus, pro varia febrium indole, atque natura, variaque ægrotantium conditione, atque natura, sed quocunque modo in vsum ducatur, nunquam spem*

ris, aut felis in fumo ficcatum, & ex vino haustum, cuipiam risum mouebit, attamèn a peritis quibusdam commendantur, nec sinè ratione febrifugi nomen adipisci queunt, quandoquidèm

spem fallit euentus, nunquàm eiusdem efficaciam febris elludit; vndè placet varios hic eiusdem in vsum ducendi modos affere, atque recensere; Possumus igitur vti, & de facto vtimur quandoque Cortice adùch recenti, recenter scilicet à Pomis detracto, vel eodem iam exsiccato, & in subtilissimum puluerem redacto, in Primo casu, quandò scilicet recenti Cortice vti placeat, seu expediat, accipiantur duo Poma aurantia, ab ijsdem detrahatur Cortex (Aurantia in tali casu eligantur probè matura) detractus Cortex ab interiori pellicula alba mundetur, deindè in frustula diuidatur, & tandèm in libris quattuor Vini generosi illa frustula infundantur, factaque per horas xxiv. infusione, per vices exhibeatur Vinum, ter saltèm in die, ea prorsùs ratione, atque ijsdem adhibitis cautionibus, quas in exhibitione Corticis Peruuiani obseruandas diximus, dosis prò vna quaque vice sit ad vncias quattuor, donèc febris curata fuerit, sublata febre, ad præcauendum eiusdem redditum, rursus exhiberi potest, & sufficit, quod exhibeatur semèl, vel bis in die, si semèl tantum exhibeatur, dosis sit ad vncias sex, si bis, ad vncias quattuor, potest etiam infusio fieri in Aqua, & potissimùm Cardui benedicti, Centaurei, & similibus, Quod si Corticem iam exsicatum vsurpare placeat, hic in subtilissimum reducatur puluerem, eiusque vncia vna infundatur in libris tribus Vini generosi per horas xxiv, seù etiam in Aqua Cardui benedicti, posteà infusio in eadem dosi, vt suprà per partitas vices vsurpetur, vel etiam ex eodem puluere cum aliquo conuenienti syrupo fiat Massa, ex qua Boli parui, qui vel bis, vel ter in die exhibeantur, cum haustu vel Vini generòsi, vel Aquæ Cardui benedicti, dosis sit ad dracmam vnam prò qualibet vice, plurimi vsus etiam est in febribus essentia Corticis Aurantiorum, ad aliquot guttas in fluido conuenienti exhibita, tan-

dèm partes illæ sale alkalico volatili abundant, non secùs, ac sanguis, ex quo conflatæ sunt. Auctorum libri similibus turgent, quorum lectioni proculdubiò animus adhibendus, ne forsan ab

dèm in febribus valdè contumacibus, longiùsque protractis plurimùm confert Vinum corticibus Aurantiorum alteratùm, & pro potu ordinario in prandio, & Cæna adhibitum. Præter huiusmodi cortices, Aurantiorum scilicet, & Peruuianum, plura alia è vegetabilium familia fuerunt quęsita febrifuga, in quem finem cum in celebri quadam Accademia plurima facta fuerint experimenta, tandem vis febrifuga deprahensa fuit in nucibus, seu conis Cupressus, vti notat eximiæ eruditionis vir Alexander Pascolus *Perusinus, in patria vniuersitate ordinarius Professor, in suis obseruationibus practicis, quas addidit doctissimo suo de Febribus tractatui, ad leges geometricas Cartesianorum Systemati superstructo, ibi enim non solùm huiusce remedij efficaciam prò febribus edomandis exponit, plurimaque affert experimenta in hanc rem à plurimis doctis Viris habita, verùm etiam docet, quõmodò in vsum duci possit, ac debeat, inquit igitur, quod huiusmodi nuces ad vmbram exsiccatæ, atque in puluerem reddactæ Vino infundi debent, quod per vices posteà exhibentur, ea prorsùs ratione, qua infusio, uel Corticis Peruuiani, vel Aurantiorum exhibetur, notat tamen, quod securior habetur effectus, si in forma solida exhibeantur, factis scilicet ex eodem puluere Bolis cum aliquo conuenienti syrupo, & in tali casu dimidiam exhibet pulueris drachmam horis quattuor antè cibum, addito posteà largiori haustu vel Brodij, vel Aquæ Nucerianę, aut Ordeacę, concludit tandèm, quod Plurium Medicorum voto tutior, atque fælicior habetur febrium curatio huiusce Medicaminis vsu, quàm habeatur Cortice Peruuiano exibitio. Reuera tamèn, licet tanta sint efficacię prò curandis febribus, & Aurantiorum Cortices, & Nuces Cupressus, adhuc tamen omnibus prestat Cortex Peruuianus, eundemque cæteris omnibus, hùc vsque ne-* tis

ab illis temerè exhibitis æger in peiorem morbi statum adducatur, sed æpistolæ metas transgredior. Vale, &c.

---

tis febrifugis præferendum existimo, quandò indiscriminatim in omnibus febribus conuenit, & febres quascumque, uti dicunt, humorales, à fluidorum scilicet uitiosa diathesi ortas, infallibiliter adeò sanat, & non in intermittentibus solum, aut etiam in contumacibus sed & in acutis, atque continuis, uti uidimus, suas exerit uires, & Richardus Morthon notat, quod febres continentes inflammatoriæ, æquè ac intermittentes hac antidoto penitùs, absquè aliqua recidiuatione, quotidiè euincuntur, ac extinguuntur, *verùm de hac re experimentum facere, nondùm ausus sum: Iure meritò igitur Chinę Chinæ triumphum cecinit postremis hisce diebus doctissimus Vir* Ansanus Franciscus de Hieronimis *Philosophus, ac Medicus Senensis, eruditissimo vulgato opusculo de Chinæ Chinæ viribus, & efficacia in febribus edomandis, equum enim erat, quod Febre China China toties expugnata, Chinę Chinæ litterarius orbis triumphum caneret.*

QVÆSTIO XXVII.

An Febres, nullo per os exhibito Medicamento, curari possint?

HIsce Questionibus de Febribus, atq; febrifugis eruditè adeò à doctissimo Sponio propositis, ac enodatis;, hanc vnam addere, opportunum duxi, an scilicèt febres nullo per os exhibito Medicamento curari possint, China China scilicet solummodò per Clysteres exhibita, vti pętendit Doctor Heluetius in sua Methodo, iàm olìm Galliarum Regi Christianissimo exposita, ac indè euulgata, & vniuerso Orbi communicata, vel eadem sub forma Emplastri, seu Cataplasmatis Carpis admota, vti pętendunt nonnulli: Omnem æquidèm remouere dubium videntur innumera illa experimenta (Febriũ,

curationis scilicèt toties fæliciter peractę sola Chinæ Chinæ per Clysteres exhibitione) ab ipso Doctore Heluetio allata, & adducta, quibus fidem addere videbatur recepta iam diù inter nonnullos Opinio, quod per Clysteres Nutritio, Virium reparatio, ac restauratio haberi possint, qua enim via intra Cruoris sinum admitti possunt alibiles Particulæ per Clysteres intrà Aluum, & Intestina iniectæ, per hanc pariter insinuari posse, ac intromitti videbantur febrifugæ Corticis Peruuiani Particulæ, & per consequens ab ijsdem paulatim cumulatis, & aggestis vitiosam Cruoris diathesim emendari, febrile Fermentum extingui, ac edomari, seu potiùs extrà Cruoris Massam eliminari, ità paritèr probabile videbatur, quod altiùs insinuatæ, atq; per Cutis poros intrà Cruoris massam admissę Corticis particulæ Carpis admotæ, febrilem æstum compescere, febrile Fermentum edomare possent, ac eliminare. At è contrà illam Doctoris Heluetij curandi Methodum dubiam valdè reddere videntur nonnulla experimenta à me, & ab alijs tentata, absque quod nullus indè sequutus sit effectus, nullaq; habita sit Febris solutio: Prætereà præconcepta iam diù opinio, quod succo alibili per Clysteres exhibito nulla haberi possit Nutritio, & quod inutilis prorsùs, ac superflua sit huiusmodi Clysterum nutrientium exhibitio, quandò certum est, quod iniecta intrà Aluum per Clysteres non transcendunt crassa Intestina, reluctante nimirùm vvaluula Tulpij, ac prohibente iniectorum ad tenuuia Intestina ascensum, quandò occulari inspectione, & acurata quacunque adhibita indagine non constat, quod ad Intestina crassa lactea Vasa perueniant, quæ succus alibilis subintrare possit, ac ipsa permeando ad commune Receptaculum, ac indè in Sanguinis confluuium defferri, quìn dato etiàm, quod aliqua lactea Vasa ad intestina Crassa perueniant, ibidemq; extrema eorundem adaperiantur Oscula, adhuc dubium videtur, an eadem subintrare possint iniecta per Clysterem, an scilicet iniecti succi alibiles particulæ habeant debitam aptitudinem, & necessa-

riam conuenientiam ratione motus, molis, atq; figuræ cum osculis, seu hiatibus vasorum, quos sanè tali artificio fabrefactos fuisse, probabile videtur, vt non quascuaq; admittant, sed tales solumodo, & tales substantias determinatas, quæ scilicea fuerint in Ventriculo, & Intestinis per varias incisiones, triturationes, & comminutiones ijsdem acomodatę: Preterea dato etiam, quod aliqua eorum quæ fuerunt per Clysteres iniecta subintrent vel Vasa lactea ibidèm hiantia, vel sanguiflua de quibus adhuc hæret dubium, neque enim Venarum extrema Orificia hiant intra Intestinorum cauum, adhùc tamen dubium videtur, an alibiles illæ particulæ, vel Brodij, vel Lactis, vel Vitellorum Oui, intrà Cruoris sinum absorptæ nutrire possint, in roscidam scilicet cedere partium alimoniam, quandò non fuerunt per conuenientes Filtrationes, Fermentationes, atque Fusiones aut ad formam Sanguinis subeundam dispositæ, aut partibus nutriendis aptatæ: ita pariter philosophandum est de Chinæ Chinæ Infusione per Clysteres intrà Aluum iniecta, an scilicet aliqua eiusdem portio absorberi possit intra Vasa seu sanguiflua, seu lactea, atque intrà Cruoris sinum admitti, & dato etiam, quod absorbeantur intrà Cruoris sinum Corticis particulę, suam vim febrifugam exerrere possint, an silicèt sufficiat qualiscunque minimarum Corticis particularum cum Cruore commixtio, vt vis febrifuga in actum educatur, an potiùs ipsa Corticem componentia dissociari priùs debeant, atq, soluto nexu, quo fuerant ligata, & vnita in Corticis coagmentatione, debeant priùs libertatem nanciscì, vt indè posteà in libertatem posita possint Sanguinis estum compescere, febrile Fermentum edomare, quæ sanè in ijs, quæ fuerunt per Clysterem iniecta, ac indè intra Cruorem admissa nequaquam haberi possunt, habentur enim solumodò in Ventriculo, & tenuuioribus Intestinis per varias illas, quas ibidem subeunt ingesta quælibet fermentationes, fusiones, ac solutiones, & per consequens per Clysterem iniecta etiam intrà

Cruoris sinum admissa, quòd suam possint vim febrifugam exerere, dubium adhùc valde existit, & hæc æquidèm dubiam adhùc facere, videntur, promissam Febrium curationem China Chinæ carpis, emplastri forma admota, & adhibita, Corticis enim particulæ per cutis poros intra Cruoris sinum admissæ, adhùc incongruæ videntur, minimèque opportunæ ad vim febrifugam exerendam, & febrile Fermentum edomandum. In hac tamen rerum dubietate, nè plurimis doctis Viris repugnare, aut aduersari videar, & Zacuto potissimùm, qui controuersiam hanc per Clysteres Nutritionem costanter admittit, nè uè Doctori Heluetio infensus videar, qui de indubio huiusce curationis euentu publicè litterario Orbi testatus fuit, vltrò nunc concedam, quod & aliqua leuis portio succi alibilis, per Clysterem iniecti, possit intrà Venas, seù lacteas, seù sanguifluas absorberi, & circulo sanguinis partibus nutriendis defferri, & pariter aliqua leuis portio decoctionis febrifugæ per Clysteres iniectæ Venas, & Sanguinem subingredi possit, ibidemq; suas exerere Vires, at leuis adeò, vt illa nequè nutriendo Corpori sufficiat, neq; hæc Febribus edomandis, nisi fortasse longo admodùm temporis spatio, per plures scilicet, & plures dies in vsum ducatur, & de facto experimenta, à Doctore Heluetio litterario Orbi communicata, exhibent solùmmodò Curationes, post continuatum diutiùs huiusce Remedij vsum, peractas, & post repetitas diutius huiusmodi Chlysmatum Iniectiones, vndè præcipit in sua Methodo, quod huiusmodi Clysteres in Febrium intermittentium curatione saltem per tres Vices quotidiè exhibeantur, donec omnimodè curata sit Febris, post cuius sanationem, adhùc per duodecim dies in eorundem vsu *insistendum* ait: In Febribus autem continuis præcipit, quod quolibet quadrihorio huiusmodi Clysteres exhibeantur, eorundem vsu continuato, donèc omnimodè remittat Febris, qua cessante adhùc per duodecim dies eorundem vsum continuandum esse ait, quàpròpter Heluetiana hac Methodo, qua Febres per Clysteres

ficres curantur, nequaquàm vtendum esse, existimo, nisi in eo casu, in quo Cortex Peruuianus alitèr exhiberi minimè possit, seù quia illum assumere recuset æger, seù quia eidem assumendo impotens sit, quod fortasse in infantibus, & puerulis euenire potest, seù in quibusdam ægris, quorum nimiùm fractæ sunt vires, aut nimiùm defatigatus Ventriculus, vndè etiam quæcunque alia per os exhibita respuat, alioquin' hodiè diffi ile est adinuenire ægrotantes, qui respuant, ac auersentur huiusmodi Corticem, quandò tot, & tàm variæ nunc habentur eiusdem præparationes, atq; exhibendi rationes, vt facilè vnicuique à prudenti Medico satisfieri possit. Nequè verum, est quod huiusmodi Medicamentum per os, seu in forma solida, seu in infusione ex Aqua, vel Vino assumptum, tot illas conciret in Ventriculo turbas, tot illa afferat incommoda, quę à Doctore Heluetio recensentur; Eius ęquidèm amarities minùs gratum redit Medicamentum, at nunquam ferè ex eiusdem vsu aut nausea aut noxa Ventriculo subsequitur, quin' a quacunque pręcedēti molestia Ventriculum liberat, ipsumque ab infensis succis tutatur, eadem emendando, ac corrigendo, nequè minùs molestus erit ægrotantibus nonnullis fræquens ille Clysterum vsus, quā possit esse alijs repetita toties Corticis exhibitio, quapropter determinandum existimo, quod si aliquam affere possunt vtilitatem pro curatione Febrium Chysmata illa febrifuga iuxtà Methodum Heluetianam exhibita, tanta illa non est, vt ideò eorundem Vsus præferri debeat consuetæ alioquin, & apud omnes receptæ Corticis peruuiani exhibitioni. Huiusmodi Methodus solūmodò locum habere debet in illis casibus, in quibus consuetę eiusdem exhibitioni nullus est locus, nàm tutior semper, facilior, & securior erit Febris ex consueta Corticis exhibitione curatio, quàm si iuxa Methodum Heluetianam in vsum ducatur eadem prorsùs ratione discurendum de eodem Cortice ad Epicarpij formam redacto, & carpis admoto, vel enim nulla, vel saltem, adeò leuis indè sperari vtilitas potest, & eius-

eiusdē vsui parùm adeò fidendum est, & vt nequaquàm vsurpari debeant, nisi in eo casu, in quo nullo alio modo Cortex exhiberi possit. Quoniam autem Clysmata ex China Chinæ iuxtà Doctoris Heluetij methodum non omnimodè improbamus, neque omnimodè reicimus, imo illis quandòque locum esse posse censemus, opportunum mihi videtur nonnullas hic tradere cautiones, & animaduersiones circà eorundem vsum ex eodem Doctore Heluetio dessumptas.

Accipit primò Doctor Heluetius Corticis Peruuiani optimè puluerizati vnciam vnam, illamque infundit in duabus libris tepentis Aquæ, qua posteà prò Clysmate vtitur, nulla alia additione facta. In Febribus intermittentibus Clysterem exhibet sub finem accessionis, illumque reperit ter saltèm in dies donec perfectè sanata sit Febris, post cuius sanationem adhùc, vti vidimus in eiusdem vsu perseuerat per duodecim dies, & quoniam curationis spes in eo præcipuè fundatur quod diutiùs retineantur Clysteres, nequè statim reddantur, in hunc finem addit Syrupum de Papauere albo Corticis Infusioni. In Febribus continuis quolibet quadrihorio Clysteres vult exhiberi, donec sanata sit Febris, ac indè pariter curata Febre per duodecim dies in eorundem vsu insistendum, vel semel, vel bis in die Clystere exhibito. Suam hanc curandi Methodum cuiquinque ætati conuenientem, & opportunam cum reputet Doctor Heluetius, quômodò prò diuersa ætatis ratione diuersificanda sit dosis docet, & ait, quod in Pueris antè quartum annum dosis esse debet ad dracmas duas, à quarto vsquè ad decimum auget dosim ad tres Dramas, à decimo vsque ad decimum quintum annum ad vnciam semis illam extendit, à decimo quinto vsquè ad vigesimum dosis per ipsum esse debet ad Dracmas sex, à vigesimo vsquè ad sexagesimum annum vncia dosis esse debet exceptis debilioribus seu Viris, seu Fæminis, & ijs quorum viscera tenuuiorem habent texturam, in his enim dosis consueta dimidiari debet. Notat, quod grauidis

tutò

tutò exhiberi possunt huiusmodi Clysteres, nullum enim ex eorum vsu resultat incommodum, nullum iminet periculum, illos quoque exhibet in Febribus malignis, etiàm lethargicis affectibus comitatis, in quo casu a Syrupo de Papauere albo abstinendum ait, cuius tamèn vsum admodùm necessarium è cōtra animaduertit, si Alui fluxus Febribus sint comites. Tandem suam hanc Methodum curandi Febres conuenire, ait, in Pleuriticis, & Peripneumonicis, in Phrenitide, in vulneratis, & alijs quibuscunque grauioribus, & acutis Morbis, cui tamèn minimè fidendum existimo in hisce Morbis, quandò nequè etiam sperari potest eorundem curatio à Cortice Peruuiano per Os, & consueta Methodo exhibito, plurima tandèm tradit Auctor præcepta circà Victus Rationem, ac reliquarum rerum naturalium regimen, quæ apud ipsum videri possunt, sàt enim fuit, hanc Doctoris Heluetij Methodum examinare, atque de ipsa iudicium ferre, nè aliquid prætermissum à nobis videretur, quod ad Febrem China Chinæ expugnandam facere, posset.

FINIS.

I N

INDEX TRACTATVVM, ET CAPITVM.

Remedium Anglicum pro Curatione Febrium, ex mandato Regię Christianissimę Maiestatis, publici iuris factum à Nicolao de Blegny. Pag. 1.

quoad

Hip.

FINIS.

AVTHORVM CATHALOGVS.

Cap-

Cappuccius. Ioh. Baptista.
Capua Leonardus à
Camerarius Ioh. Rodulphus.
Cardanus Hieronymus.
Chifletius Iohannes.
Charas Mosis.
Cicero M. Tullius.
Clauderus Christophorus Ernestus.
Conigius Antimus.
Corseus.
Costa Ioseph à
Christophorus à
Crollius Osualdus.

D

DEmocritus.
Dekers Fridericus.
Dioscorides Pedacius.
Dodart.
Doleus Iohannes.
Donzellus Ioseph.
Thomas.
Doringius Michael.
Dorncellius Tobias.
Du-Clos Ioh. Antonius.
Duretus Ludouicus.
Dygbeus Kenelmus.

E

ENtius Georgius.
Ettmullerus Michael.
Eusebius Pilosophus.
Eustachius Bartholomeus.

F

FAbri Honoratus.
Fabricius Gulielmus.
Feraelius Iohannes.
Forestus Petrus.
Foyquetius.
Freytagius Iohannes.

G

GAlenus Claudius.
Gesnerus Contradus.
Gentilis Albericus.
Gibaltius Hector.
Giglius Franciscus Maria.
Graaf Regnerus.
Greu Nehemias.
Grembsius Francis. Osualdus.
Greulichius Ioh. Gregorius.
Grutterus Iannes.
Guarinonus Christophorus.

H

HAricus Guilielmus.
Hartmannus Iohannes.
Helmont Ioh. Baptista van.
Heluetius Ioh. Balthasar
Heluuigius Iohannes.
Heredia Petrus Michael.
Herodianus.
Heurnius Iohannes.
Hippocrates Cous.
Hoefferus Vvolfangus.
Horatius Flaccus.
Horstius Daniel.
Hortò Garcias ab.

FINIS.

SYLLABVS RERVM,

QVÆ HOC IN RHAPSODIO Memorabiliores continentur reffertiſsimus

A' DIONYSIO ANDREA SANCASSANO Phil. ac Med. Doct. ſumma cura adornatus &c.

earum

Læpo-

P

Porcina

Q

S

Septi-

T

V

in

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGES

Paginâ 147. linea 25. manca est. Tu sic restitue *: à somno crassiores euadere: quin animalia quędam quò magis somno dedita* &c. dele in linea vlt. pag. 40. *Materiam*, & pag. 246. lin. 8. *& sit*.

Paginæ	*Lineæ*	*Errata*	*Correctio*	*Paginæ*	*Lineæ*	*Errata*	*Correctio*
10	9	Corupusculis	Corpusculis	199	24	nec	ne
12	24	concuniunt	conueniuat		28	tumidium	tumidum (to
40	29	cortice	corticem	200	20	ex sperimento	Experimen
43	28	tales	talis (tionibus	201	19	disparauit	dispatuit
43	25	superstiitionibus	supersti-		9	psaligata	profligata
58	22	pauperis	Papauetis	208	5	essequi	assequi (peis
	30	colesseunt	coalescunt	215	16	Pharmacopei	Pharmaco-
	32	pestili	Pastilli (dere	218	8	febricitantium	febricitan-
65	25	deprenendee	deprehen-	222	19	notiam	notitiam (tium
66	31	fementum	fermentum	233	30	acoruo	aceruo
72	5	innocencissimum	inno- (centissimus	227	14	assere	asserere
					22	Pisis	Pisas
75	1	Quinque	Quinquinæ	228	15	Fauibus	Fauis
80	1	inuotinuit	innotuit	230	25	alterum	alteram
82	15	circumseptic	circumseptũ	231	27	legebuntur	legebantur
83	6	illum	illam	233	3	acutio	acutior
	7	futurum	futuram	236	15	ttibus	tribus
86	31	fedata	sedata		25	habetant	hebetant
88	6	puluarizati	pulueriz atæ	237	4	lipidum	limpidum
	20	vsu	vsus	244	15	duplicis	duplicibus
97	vlt.	erasi	Crasi	247	2	turmidas	tumidas
102	19	constitutio	constituo		2	fermora	fęmora
114	25	terrę	terreæ (torum		9	pertennis	perennis
115	29	Sacramensorũ	Sacramen-	248	9	minimi	minimè
117	27	consutelerẽ	contulerem	254	30	Manas	Mannas
122	26	coloris	caloris	267	6	radicn	radice
127	20	pottionem	portionem	268	16	suscstpiatur	suscipiatur
133	26	Aehiologiã	Æchiologiam	271	1	in rein	in eam rem
136	1	bres	febres		21	omino	omninò
137	22	fidus	ficus		vlt	Sanata	sanata
	28	deprimi	depromi	275	31	susceruntur	suggeruntur
144	22	negnt	negat		19	rationem haben.	rationẽ (non habent
	30	ex ti ta ta	excitata				
177	29	2 noutante	notante	278	15	Tractatui	tractatu
178	6	abserliam	absentiam	280	11	Omnem	omne
181	23	incertiæ	inertiæ	281	4	edomani	edomari
183	3	ad	adij		5	& ales	& tales
184	18	æctu	æstu		27	quę scilice à	quæ scilicet
192	5	& ac	ac	185	26	libertatem	libertate
194	8	fes	fas				

De Mandato Reuerendissimi P. Inquisitoris General. Ferrarię Ego infrascriptus attentè, nec sine animi voluptate legi docta hæc additamenta, cumq; in his nihil inuenerim, à quo vel morum honestas, vel principum decus, vel Catholicæ Fidei candor denigrari possit, imò quam plurimas ad rem medicam vtiles, ac necessarias eruditiones repererim, ideò imprimi posse censeo, ac intromiti in Librum cuius titulus est Febris *China Chinæ* expugnata, seù illustr: aliquot virorum opuscula, quæ veram tradunt methodum Febris China Chinæ curandi collegit, argumenta, notas, obseruat: addidit *Franciscus Maria Nigrisolus* Phil. & Medic. Doct. Ferrariensis.

Franciscus Iustinus Phil. & Med. Doct.

Die 1. *Aprilis* 1700.

Imprimatur

F. D. F. Riuetta Inquisit. General. Ferrariæ.

Bon. Martinellus Vic. Gen.